ro ad alias. Contingit etiam interdum ut modus magis neceſſarius minus ſit perfectus & econtrario minus neceſſarius magis perfectus, ſicut de uniuerſalibus ſecundæ figuræ patere poteſt. primus enim eſt perfectior ſecundo. quia paucioribus indiget, ut appareat neceſſarius. eſt autem minus neceſſarius, quia eius concluſio directe in prima figura ex eodem medio concludi poteſt per quod in primo ſecundæ fuerat concluſa. Cōcluſio uero ſecundi non poteſt ex ſuo medio directe in prima figura concludi ſed concluſio conuerſione indiget. Eodē modo in tertia figura aliquis modus eſt cuius concluſio ex eodē medio per conuerſionem alterius præmiſſarum in prima figura directe colligi poteſt. & rurſus eſt aliquis cuius quidem conſecutio neceſſaria apparebit per primam, eius tamen concluſio in prima directe non colligetur. Eſt etiam in utraq; modus aliquis, cuius concluſio nec directe, nec indirecte per primam figuram monſtrari poteſt ſed per ſolam deductionem ad impoſſibile & ad eos modos aliquæ orationes reſoluuntur. quo fit, ut non neceſſariæ ſecunda & tertia figura exiſtimari debeant. Sed ne inaudita cauſa herminii ſententia. cuius ſuperius aliquo modo ſubmeminimus, temere à nobis dānetur, ponēda hoc loco eſt. & qua ratione etiam motus ſit, aperiendum. Alexander refert herminium ex natura terminorum maiorem & minorē terminum uoluiſſe monſtrare, q̄uis in figura ſecunda medium de utroq; pariter prædicetur. ī tertia utriq; ſubiciatur, accipit enim in figura media eos terminos, de quibus mediū prædicatur. & animaduertit, an ſub eodem genere ſint an diuerſo. & ſiquidē ſub eodem genere fuerit ſpeculatur, ſi ſub eodē proximo ſint, an tantum ſub generali & communi, quod ſi eiuſdem generis proximi ſpecies fuerint, conſiderat de quo eorū affirmatur, & de quo negatur. neceſſe eſt enim in figura ſecunda propoſitiones accipi ἀνομοιοσχήμονας. Et ea quidem quæ affirmatiua eſt aut per ſe aut per aliud, tāquam per mediū prædicatum de ſubiecto dicat, conſideranda eſt. ſi quidem ſecūdum ſe ut ſine me

dio prædicatum ſubiecto ineſt. coſiderabitur negatiua, & inuenietur medium ipſum. quod eſt etiam prædicatũ, & animaduertemus an ab alio termino per aliquid communius remoueatur & generalius, quam ſit is terminus, de quo ĩ affirmatiua prius affirmabatur. ꝙ ſi ſic, tunc infert Herminius maiorem eã eſſe extremitatem in ſecunda figura, a qua medius terminus cum tali diſpoſitione remouebitur. quod ſic poſſumus exemplo manifeſtare. ſint tres termini. rationale. equus. homo. medium rationale poſitione primum eſt. equus & homo indiuiduæ ſpecies ſub animali ſunt, & altera (ut ꝯſtat) non eſt altera ſuperior aut communior. Cum rationale de homine ſecundum ſe affirmetur. de equo uero inquantum irrationale remouetur. Nõ enim equus quatenus equus eſt, & ſecundum propriam rationem & adæquatam habet, ꝙ nõ ſit rõnalis. ſed hoc habet quatenus irrationalis eſt. In plus autem habet irratiõale per quod ab equo rationale remouetur, ꝗ ipſe homo, cui per ſe ineſt ratiõale. propterea dicit Herminius ꝙ equus maior extremitas eſt, quia ab ipſo (ut diximus) remouetur rationale in ratione communioris termini, ꝗ ſit homo, quod ſi non ſub eodem ſint genere proximo, & æquales ſint termini, ſed unus altero ſit communior, ſicut uolatile & homo, quorum alter genus eſt, alter ſpecies tunc reſpectu alicuius unius termini medii uolatile maior extremitas erit. minor homo. quod ſi nec in eodem ſint genere proximo. nec remoto, nec æquales, nec inæquales, tunc (inquit Herminius) uterq; eorum aduertendus eſt an ambo æqualiter ad ſuum genus habeant ſecundum proportionem, & tunc conſiderandum de medio & uidẽdum ſi reſpectu cuius affirmatur, & reſpectu cuius negatur ꝑ aliud. ꝺ utroq; prædicetur, & tũc faciẽda eſt comparatio in illis quod nam eorum dicatur eſſe uniuerſalius & generalius & tale conſtituendum eſt pro maiori. quod exemplo ſic poſſumus declarare. accipiãtur enim homo. albedo. ſenſitiuum. medium ſenſitiuum, quia affirmatur de homine inquantum animal, remouetur ab albedine inquãtum qua-

litas.generalior autem eſt qualitas q̃ animal.ideo albedo reſpe-
ctu hominis eſt maior extremitas.eodẽq; modo ſi mediũ at-
tribueretur alteri extremorum per ſe ab altero remoueretur
ꝑ aliud.utriſq; exiſtẽtibus ſub alio & alio genere cõſiderabimus
propinq̃tatẽ termini cui ꝑ ſe attribuitur ad genus primũ in quo
ẽ & propinq̃tatem termini ꝑ quẽ ab altero termino remouetur
i cõparatõe ſimiliter ad ſuũ genus primũ.& facta collatione qui
propinqor primo generi fuerit cenſendus erit maior extremi-
tas.ut poſitis termis rõnali, Albedĩe, hoĩe, medio exiſtẽte rõna-
li conſiderata hac ratione:conſtabit maiorem extremitatem eſ-
ſe albedinem.minorem uero eſſe hominem.hac eadem uia exi-
ſtimo Herminiũ in tertia figura maiorem,minorẽq; extremi-
tatẽ diiudicaſſe,q̃uis Alexãder in ſola figura ſecũda eius mentẽ
hanc extitiſſe,quã diximus,ſuo modo mõſtrauerit.& hũc mo-
dum efficaci reprobauerit ratione. Semper enim in ſecunda fi-
gura maior propoſitio eſſet negatiua.nam ſemꝑ mediũ uel æq̃-
le eſt illi termino reſpectu cuius negatur de altero terminoꝝ.
uel minus.nunq̃ uero maius,ut ſubtiliter ſpeculanti apparebit.
reſpectu uero termini de quo affirmatur ſẽp aut æqualis eſt aut
maius.nunq̃ uero minus in propoſitionibus inquam uniuer-
ſalibus. Cũ igitur ita ſit ſemper maior terminus erit de quo me-
dium negatiue prædicabitur.neque etiam uerum eſt & neceſ-
ſarium.quod ſi termini problematis ſub eodem ſint genere nõ
æqualiter, Sed alter propius alter remotius,qđ terminus propi
or dicatur maior.nam ratione alicuius termini negari poterit
medium altero generi magis remoto.qui tamen terminus eſt
communior quam ille terminus propior.qui per ſe primo in
eſt.quod ſic manifeſtamus exemplo.Sit enim medium. poſſe
uolare.ſit & uolatile,& homo.manifeſtum enim eſt quod poſ
ſe uolare ſecundum ſe dicitur de uolatili.remouetur autem ab
hoĩe ĩquãtũ naturaliter ẽ carẽs pẽnis.& hoc nõ ẽ minus uniuer-
ſale q̃ uolatile.& tamẽ ſcđm ea q̃ dixius uolatile maior eſſet ex-
tremitas & ſecũdum eadem etiã hõ.quo fit ut Herminius ſecũ

manifeſte repugnet, ut patet diligenter inſpiciẽti quæ prius an-
notauimus. Quod ſi forte pro Herminio reſpondere uolueri-
mus dicentes duo ipſum dicere. primū quando termini inæq̄
liter habent ad idem genus uel diuerſum. tunc terminus gene-
ri propriot ſine alio reſpectu cenſendus erit maior, & minor q̄
eſt remotior. Et ſic in præacceptis terminis uolatile maior erit
extremitas. homo uero minor. quamuis id per quod poſſe uo-
lare ab homīe remouetur, nō ſit minus uniuerſale, quàm uola
tile. Cum autem termini problematis æquales ſunt ſub genere
tunc recurrendum ad ſecundum. quo de quæſito prius certifi-
cati ſimus, conſiderantes. ſ. per quod remouetur de uno me-
dium ipſum & per quod affirmatur de alio & ſecunda regula
prius inducta locum habet in dignoſcenda maiori & minori
extremitate. Sed contra ipſum adhuc eſt, quia eiſdem termi-
nis acceptis uolatile & homo reſpectu medii quod eſt rationa
le manifeſtum eſt ſyllogizari poſſe nullum uolatile hominem
eſſe. & tunc maior extremitas non erit uolatile cum tamen pro
pinquior ſit generi ſūmo, quàm homo. niſi dicat Herminius.
non ſemper prædicatum concluſionis maiorem eſſe extremi-
tatem, quando etiam eſt prædicatum quæſiti quod naturaliter
diſſoluitur, quod non uidetur rationabile. patet igitur quomo
do ex quæſito tantum extremitates ſyllogiſmi cognoſcātur, ut
prius etiam ſatis conuicimus.

Caput nonum ponit ortum aliarum figurarum à prima &
combinationes quæ fieri poſſunt in unaquaque earum.

dIcemus quo pacto à figura prima quæ omnium eſt p̄-
fectiſſima, ſecunda & tertia figura naſcantur. ſed primū
dicere oportet, quæ ipſius figuræ primæ proprietates
ſint. cum igitur copulationes propoſitionum adinuicem ſecū
dum quantitatem & qualitatem & ordinem ſex & triginta nu-
mero coniugationes ſint, ut ſequenti capitulo monſtrabimus.
quatuor tātum modi in figura prima collectiles ſint, in quibus

duæ conſpiciuntur proprietates. Altera quidem ſecundũ quã-
titatem, ſecundum qualitatem altera, & hæc quidem in mino-
ri, illa uero in maiori. Semper enim in figura prima maior pro-
poſitio eſt uniuerſalis indifferens ſecundum qualitatem. pót
enim & affirmatiua eſſe & negatiua. minor autem ſemper affir-
matiua eſt. non autem ſemper uniuerſalis aut particularis. ſed in
differens. primam harum proprietatum ſeruat figura ſecũda in
modis aliquid concludentibus. ſemper enim uniuerſalis eſt &
hoc quidem probabiliter euenit. naſcitur enim à figura prima
per maioris propoſitionis conuerſionem. non quidem ꝙ exi-
ſtimem modos regulares figuræ primæ conuerſa maiori, regu-
lares eſſe in ſecunda. hoc enim in ſolis ſecundo & quarto figu-
ræ primæ contingit ꝙ maiori conuerſa fiant regulares in ſecun-
da, ſed ꝙ facta conuerſione maioris modum figuræ ſecũdæ ha-
bent. conſimiliter dicendum de figura tertia, quæ à prima per
cõuerſionẽ minoris producitur, licet ĩ tertia regulares omnes
ſint facta conuerſione minoris eoꝝ qui in prima figura aliquid
concludebant. ex his cognoſci poteſt ꝙ figura ſecunda, tertia
figura perfectior eſt, tum quia à perfectiori propoſitõe oritur.
tũ ꝙ uniuerſalia problemata & particularia per ipſam diſſolui
poſſunt. ꝙ minime in tertia figura fieri poteſt. Sed illud diligẽ-
ter aduertendum ꝙ in figura ſecũda maiori determinata ſecun-
dum quantitatem. indiſtincta uero ſecũdũ qualitatẽ. conclu-
ſio indiſtincta quantitate naſcatur ſecundum qualitatem deter-
minata. Ipſa quoq; figura ſecunda (ut Ioãnes grammaticus te-
ſtatur) ſimilatur naturæ quæ ex ſpeciebus oppoſitis unam alte-
ra non magis intendit, ſed ambas æqualiter ſicut albedinem &
nigredinem. & ẽ utraque ſpecie natura melior. eodẽ mõ termi-
nus medius in hac figura ad extremitates habet (de utraq; enim
prædicatur) prædicatum uero ſemper ſubiecto melius eſt. Ter-
tia aũt figura materiæ propoſitionem habet quæ formis omni-
bus æqualiter ſupponitur & illis ſemper deterior eſt. ita figura
ſecunda tertia præſtat & utraque figura prima eſt potior. eſt eni

animæ humanæ quodammodo ſimilis quæ medium quodam inter ea quæ ſemper ſunt & ea, quæ generantur & corrumpuntur exiſtit. Sic altera extremitate melius eſt medium, utpote minore in figura prima, altera uero deterius, hoc eſt maiore. eſt rurſus figura ſecunda magis q̃ tertia ad demonſtrationē idonea, raro enim particulare (ut inquit Ioannes grammaticus) mõſtratur, frequentius uero uniuerſale per figuram ſecundam concluditur, ē etiam ſyllogiſmo dialectico, (ut Alexandro placet) ſecunda figura ſatis apta. conatur enim dialecticus eorum oppoſita concludere quæ à reſpondente concedũtur, & hoc ſæpius per negationem contingit. ſophiſtico uero ſyllogiſmo (ut idem teſtatur Alexander) congruit figura tertia. interrogant. n. ſophiſtæ ſæpius indefinitas, quæ particulatibus æquiualent & concludunt eaſdem. ſicut igitur figura prima, quæ demonſtratiuo ſyllogiſmo aptatur perfectior eſt cæteris, ita figura ſecunda tertia præſtat, quæ in perfectiſſimo ſyllogiſmo accommodatur. His annotatis uidendum quo modo prædictus coniugationum numerus habeatur. Quoniam igitur tres a nobis propoſitionum ſpecies poſitæ ſunt. uniuerſalis, particularis, indefinita. ex quibus per complicationem cum qualitate & ordine propoſitionum prius annotatum numerum conficiemus. ex ſingulis enim eiuſdem quantitatis modos quatuor accipere poſſumus. hoc modo. ex uniuerſalibus utriſque affirmatiuis, aut ex utriſque negatiuis, aut maiori affirmatiua minori negatiua, aut econtrario minori affirmatiua & ſic quatuor ſimplices complicatiões ex uniuerſalibus habemus & per hanc methodum quatuor ex particularibus & rurſus quatuor ex indefinitis, unde in duodenarium numerum ſimplices & eiuſdem quantitatis cõbinatões concreſcũt. põt ãt uniuerſalis nõ ſolũ uniuerſali cõferri. ſed ẽt pticulari, & indefinitæ ſecũdum ambas qualitates, quare rationabiliter duplus numerus procreatur ad eum qui per collectionem conſimilium reſurgebat, ibi enim ad unum tantum fiebat comparatio. hic uero ad duo. Quatuor igitur & ui-

ginti modi fiunt, quibus ſi addantur duodecim, qui non uariata quantitate reſultabant fiet trigintaſex, poteſt & alia uia idem numerus procreari, Sed quæ dicta eſt à nobis cenſetur facilior & clarior, quoniam uero (ut diximus) eadem indefinitarum & particularium ratio eſt ideo, ſi ſolas acceperimus combinationes, quæ ex uniuerſalibus & particularibus conficiūtur decem & ſex coniugationes nobis reliquæ fient. Ex comparatione enī indefinitæ ad uniuerſales & particulares fiebant propoſitionū complicationes ſexdecim. & quatuor etiam ex puris indefinitis, quo fit ut figura prima, & ſimiliter ſecunda duodecim habeat incollectiles complexiones, tertia uero decem tantum. habet enim modos ſex (ut diximus) qui concludentes ſunt, licet etiam in alia figura aliæ & aliæ complexiones à nobis utiles perſpiciantur. hoc enim ex proprietate figurarum eſt. In ſecunda enim non poſſunt ambæ propoſitiones eſſe uniformes. quales in prima & tertia contingunt, & in terria poteſt eſſe maior p̄ticularis, quæ nec in prima nec in ſecunda eſſe poteſt.

Caput decimum. Confutat errorem Alfarabii, ꝙ per dictū de omni, non ex duabus negatiuis, & explicatio dicti de omni ſyllogizetur.

q Via Alfarabius exiſtimauit in figura prima ex principio quod eſt de omni regularem eſſe ſyllogiſmum qui ex duabus negatiuis ſit, ideo hoc loco ſui erroris principium nobis merito uidetur aperiēdum, ne alios ſecum in errorem perducat. Exiſtimat enim ex intentione principii, quod eſt de omni formaliter concluſionem ſequi ad duas negatiuas hoc modo. Quod non eſt animal nō eſt homo, nulla ſtatua eſt animal, ergo nulla ſtatua eſt homo. quo modo arguēdi uſus uidetur Lincolniēſis primo poſteriorum in eo capitulo quod incipit. Contingit autem affirmationem & negationem, neque una recipit demonſtratio. Dicendum itaque

nobis uidetur quod nullus categoricus ſyllogiſmus ex duabus negatiuis regularis eſt, neq; etiam minori exiſtente negatiua in prima figura aut tertia primum patet, aut eni problema quod concludi debet eſt affirmatiuum aut negatiuum. ſi quidem affirmatiuum fuerit ipſum diſſolui oportet ex medio quod cum utraq; conueniat extremitate & ex ipſo cum ſingulo problematis termino propoſitionem conſtituat affirmatiuam. ſi uero negatiuum ſit & negatiue concluditur. oportet mediū uni extremitatum affirmatiue coniungi, alteri negatiue. quare ſyllogiſmus ad negatiuam ex affirmatiua & negatiua propoſitione cōſtabit. In prima uero figura aut tertia non poteſt minor ſyllogiſtica eſſe negatiua. nam per remotionē medii à minori uel ecōtrario minoris á medio non ſeqtur ut á minori maior remoueri debeat. quoniam maior extremitas in plus habere poteſt q̄ medium. & ratione eius in quo plus habet poteſt minori competere. q̄uis ab ea remouetur medium ī figura prima uel e cōtrario in tertia. Et ob hoc aduertendum ꝙ ſyllogiſmi qui affirmatiue concludunt in figura prima abſolute ex parte utraq; præmiſſarum concludunt per dici de omni. nam medium habent i maiori & minorem in medio. Qui uero negatiue ratione maioris ad medium continent principium quod eſt dici de nullo. ratione uero minoris in medio dicuntur quoquomodo per dici de omni quia medium ſecundum totum uel ſecundum partem minori ineſt, uel potius in eo quod ſecundario ſignificatur per dici de nullo uel in minori aſſumpta eſt aliquid etiā intētionis dicti de omni. Dicuntur autem potius concludere per dici de nullo quia in qualitate cōcluſio maiori aſſimilatur quæ de nullo eſt, & per uirtutem illius principaliter elicitur, nec tamē propoſitio negatiua maior đ nullo dici poteſt niſi ſub ipſa affirmatiua capiatur ſicut etiam aſſentimus de uniuerſali affirmatiua ſi debeat dici de omni. Alfarabius uero exiſtimauit quod dici de omni primaria ſignificatione ſignificat, quodquodlibet. de quo dicitur ſubiectum, dicatur prædicatum.

Et propterea dixit ꝙ præinductus ſyllogiſmus ex duabus nega tiuis regulatur per dici de omni. eo quod hoc totum prædica- tum quod eſt non eſſe hominem, dicitur de quocunq; de quo dicitur non eſſe animal. Et quia de ſtatua dicitur non eſſe ani- mal, de ſtatua dicitur quod non eſt homo. ſed quemadmodū elici poteſt ex dictis Auerrois. ratio Alfarabii peccat, nam ſyl- logiſmus qui eſt perfectus per dici de omni uel de nullo habet maiorem extremitatem, quæ de minori prædicatur, aut ab ea re mouetur propterea quod uel affirmatur de medio uel ab eo remouetur. In ſyllogiſmo uero Alfarabii non eſt hoc, maior enim non dicitur de medio, ſed de eo, de quo mediū dicitur. nam ſi in affirmatiuis propoſitionibus pronunciauerimus mo do Alfarabii, maior extremitas de medio non prædicabitur, ut patet dicendo quod eſt. b. eſt. a. c. eſt. b. ergo. c. eſt. a. in quo ſyl- logiſmo licet medium prædicetur de minori, non tamen pri- mum prædicatur de medio. Ipſum enim, a. quod eſt primū nó prædicatur de. b. ſed de eo, quod eſt. b. ſicut diceremus quod ſubſtantia prædicatur de eo quod eſt animal, ſi prædicatur de homine. Sed non eſt dicendum quod directe prædicetur de ipſo animali. Idem uideri poteſt in propoſitionibus negatiuis modo Alfarabii prolatis, maior enī directe de medio non præ dicatur. Secundum Auerroi uero propoſitio de omni deno minabilis duo habere debet. primū primaria ſignificatione & eſt quod de quolibet cótento ſub ſubiecto dicatur prædicatū. Secundum uero & ſecundaria ſignificatione ſignificat quod de quolibet de quo dicitur ſubiectum, dicitur etiā prædicatū. Sed hoc errans Alfarabius accepit ueluti eſſet primū ſignifica- tum eius, quod eſt de omni. quod tamen non eſt uerū, non eni cum dicitur omnis homo eſt animal intelligimus prima ſignifi catione dicere quod Cicero qui eſt homo eſt animal & Plato qui eſt homo, eſt animal. & ſimiliter cæteros. nam ſequeretur ꝙ tales propoſitiones non poſſent concludi. eſſent enim pri- us aſſumptæ in ea quæ eſt de omni ſi eius intellectus eſſet talis.

Intelligimus igitur ꝙ de quolibet indiuiduo hominis animal prædicatur & non primo de quolibet de quo dicitur quod ſit homo uel hominis indiuiduū niſi ſecundario & quaſi in potē-tia. Et propterea recte putat Auerrois ꝙ dictum de omni duas continet propoſitiones uniuerſalem quidem in actu, particularem uero in potentia. Et rurſus bene dixit Ariſtotéles (ut idem Auerrois teſtatur) nó fit ſyllogiſmus cócludens niſi in duabus præmiſſis in prima figura ſit habitudo totius ad partem & propterea de neceſſitate in prima figura minor erit affirmatiua. Si maior debeat dici de omni uel de nullo. nam ſi ſub ipſa ſumatur negatiua, eſſet propoſitio uniuerſalis tantū. nam tūc habitudo minoris ad maiorem non eſſet habitudo totius ad partem. Eſt enim differentia inter propoſitionem de omni & propoſitionem uniuerſalem quia in propoſitione de omni innuitur in maiori propoſitione potentialis conſiſtentia minoris affirmatiuæ, Et ſimiliter in dici de nullo reſpectu uniuerſalis negatiuæ dicendum eſt. Dici enim de nullo eſt quando nihil eſt ſumere ſubiecti, & ſic ínuit affirmatiuam de quo prædicetur prædicatum. Nec ſatis eſt qualēcunq; affirmatiuam ſumete propoſitionem, ut de omni aut de nullo dicantur. ſed tales oportet eſſe in quibus prædicetur quod in maiori ſubiiciatur & hoc ſolum eſt in figura prima. Alfarabius uero (ut diximus) peccauit quia ſecundariam ſignificationem ut primariā accepit, quod ēt Alexander ut obiicit Auerrois idē quodāmodo intendit cum Alfarabio & quodāmodo diuerſum. Vult enim Alexāder ꝙ intentio dicti de omni uel de nullo ſit quando prædicatū affirmatur uel negatur a quolibet quod ē pars ſubiecti aut quod denominatur per ſubiectum uel a quolibet cui attribuitur ſubiectum in actu. Alexander tamen in expoſitione libri priorum non inuenitur ab Auerroi diſſentire. licet ita ſe non explicet. Secundum uero Alfarabium non ſolum actu ſed etiam potē-tia, quare forte Auerrois contra ipſum alio argumento inſtitit in principali propoſito quando ex duabus negatiuis putauit

in prima figura poſſe concludi.ait enim contra ipſum quod ta
les ſyllogiſmi ex pluribus ſunt quam ex duabus propoſitioni-
bus. Categoricus autem ſyllogiſmus ex duabus tãtum propo-
ſitionibus categoricis conſtat & concluſio.tantũdem uero eſt
dicere,quod non eſt.a.non.eſt.b,quantum ſi nó eſt.a.nó eſt,b.
in qua manifeſte apparet forma propoſitióis hypoteticæ. Aui
cenna tamen prædictos ſyllogiſmos nec ſimpliciter categori-
cos dixit,nec ſimpliciter hypoteticos.ſed inter utroſque medi
os,quos appellauit compoſitiuos uel cópoſitionales,propte-
rea ꝙ ex maiori hypotetica conſtarent.minori uero categorica
uel prædicatiua.Et numeꝝ taliumꝯ ſyllogiſmorum poſuit iuxta
numerum ſyllogiſmorum categoricorum. Secundum etiam
figuras eorundem exiſtimauit enim ꝙ inuenirentur in talibus
ſyllogiſmis ſpecies omnes propoſitionum ſecundum quanti-
tatem,& etiam ſecundum qualitatem,quæ inueniri poſſunt in
propoſitionibus conſtituentibus ſyllogiſmos categoricos. nã
à propoſitionibus categoricis extraxit propoſitiones hypote-
ticas ſiue eẽnt affirmatiuæ ſiue negatiuæ,ut ab hac omnis homo
eſt animal,accepit hanc etiam uniuerſalem,omne quod eſt ho-
mo,eſt animal.quæ ut dictum eſt conditionali æquiualet.& eo-
dem modo in cæteris.Quare non eſt mirãdum ſi in modis qui
in figuris categoricorum ſyllogizant maiori tranſlata in formam
hypoteticã etiam aliquid cócludatur.Et rurſus qui in categori-
cis incollectiles ſunt,ſint tales facta tranſlationẽ. uirtus enĩ taliũ
códitionaliũ propoſitionũ ẽ eadẽ cũ uirtute propoſitionũ præ
dicatiuaꝝ a qbꝰ trãſferũtur ut ĩ tractatu đ ſyllogiſmo hypotetico
ſufficienter mõſtrabitur. Sed qđ uideatur ex duabꝰ negatiuis ſyl
logiſtice cócludi & eẽ ſyllogiſmũ pfectũ ut arguebat, Alfarabi-
us, non eſt ratio ignoranda,huiuſmodi enim propoſitiones oẽ
qđ non eſt:a.non eſt.b,non eſt abſolute dicenda negatiua.ſub
ipſa enim nó poſſet affirmatiua pura categorica accipi cum qua
aliquid aliud neceſſario infetatur quod contingeret ſi à nega-
tiua abſoluta deducta eſſet.Eſt igitur talis propoſitio in uirtute

affirmatiua de prædicato & ſubiecto infinito.ſub talibus uero poſſunt negatiuæ minores propoſitiões accipi ad aliquod cõcludendum hoc modo, omne non animal eſt nõ homo, lapis nõ eſt animal, ergo ẽ nõ homo. minor enim æquiualet affirmatiuæ de prædicato infinito. non igitur eſt ſyllogiſmus ex negatiuis quatenus tales ſunt, ſed quatenus affirmatiuis æquiualent.

Duæ enim negatiuæ poſſunt ſecundum ſe eſſe cauſæ diſiunctionis extremitatum adiuicem cum non ſemper illis reſpondeãt affirmatiuæ oppoſitæ quæ ſint cauſæ adæquatæ coniunctionis earumdem quomodo intelligi debet Ariſtotelis ratio. ꝙ ſi affirmatio eſt cauſa affirmatiõis, negatio ſit cauſa negationis. quo modo etiam intelligendus eſt Linconiẽſis in loco à nobis præ inducto. Quod ſi uelimus ſyllogiſmum Alfarabii dicere cõditionalem ex duabus negatiuis cum ſyllogiſmi omnes certificent de quæſito ignoto in uirtute ſyllogiſmoꝝ categoricorum ut patebit tunc talis ſyllogiſmus ad ſyllogiſmum primæ figuræ reducetur in terminis infinitis uel ad ſyllogiſmos ſecũdæ figuræ maiori cõuerſa i uniuerſalem affirmatiuã de tetminis trãſpoſitis ſibi æquiualentem ut patebit ſpeculanti. Impoſſibile autẽ eſt ꝙ maior fiat negatiua categorica cum qua cum minori affirmatiua aliqd cõcludatur ut ante manifeſtauimus.

Caput undecimum quare Alexandet mutauit ordinem in ſyllogiſmis tertiæ figuræ & quomodo ſaluari poteſt.

e T ſi ordinẽ modorum in unaquaque figura diligenter ſecundum Ariſtotelem in cõmentatione libri priorũ perſecuti ſumus. Et quare in ſecunda figura is prior eſt, qui maiorem habet negatiuam eo, qui habet affirmatiuã. & cur in hoc legem primæ figuræ in maiori ſecunda figura non ſeruauerit. hoc etiam loco à nobis uidetur ratio eadem afferẽda. Eſt enim qui maiorem negatiuam habet perfectior eo qui habet affirmatiuam cum paucioribus ĩdigeat ut appareat neceſſarius. Eſt præterea & illud aduertẽdum ꝙ modi uniuerſales figuræ ſe-

cundæ ad eundem figuræ primæ reducuntur. quia & ipſe maio rem habeat negatiuam. Et ex hoc etiam modo non inmerito qui negatiuam maioré habet præferri debet. In particularibus uero qui negatiuam habet poteſt conuerſione fieri perfectus. qui uero affirmatiuam deductione ad impoſſibile ſolum mon ſtratur concludere. In tertia uero figura Ariſtoteles in particu-laribus ſyllogiſmis paucioribus indigentem poſtpoſuit ſyllogiſ mo qui pluribus indiget, ut appareat neceſſarius. nam eum qui maiorem habet affirmatiuam uniuerſalem ſola minoris conuer ſione perfectibilem poſtpoſuit ei qui eandem pro minori reci pit, qui tamen conuerſione indiget & maioris & concluſionis. Et propterea Alexander Ariſtotelis ordinem mutauit. Ioãnes uero grammaticus putat Ariſtotelem animaduertiſſe figuræ ter tiæ proprietatem. ut minor ſit affirmatiua quam, qui habuerit pfectionem cæteris non habentibus, præferatur præcipue ſi con uerſione perficitur. Et ob cauſam hãc puto quintum modum figuræ tertiæ, qui non conuerſione ſed deductione ad impoſ-ſibile poteſt monſtrari, concludere modo ultimo ante poni, q ſola minoris conuerſione in prima figura poteſt eſſe perfectus. Quamuis enim modi omnes poſſint deductione ad impoſſi-bile monſtrari non quidem ſemper deducendo ad oppoſitũ cuiuſcunque præmiſſæ ut patebit experienti nec ſemper etiam in eandem figuram cum utriuſque oppoſitum per deductio-nem ad impoſſibile poſſit monſtrari ut patet ex libro priorum. Tamen inter modos quibus imperfecti ad perfectos reducũ-tur ſola conuerſio obtinet principatum. eſt enim perfectior & deductione ad impoſſibile ac etiam expoſitione qua Ariſto-teles in modis particularibus figuræ tertiæ uſus eſt. Et modi qui dem qui per cõuerſionem probari non poſſunt, ſed per dedu ctionem ad impoſſibile duo ſunt alter ſeruata maiore cum op-poſito concluſionis pro minori infert oppoſitum eius quæ in eo fuerat minor & hic erat ſecundæ figuræ ultimus, altera uero minori ſeruata & accepta cum oppoſito concluſionis oppoſi

tum infert maioris & hoc uniuerſale uerum eſt, ut ſecundæ figuræ modi omnes ſi per impoſſibile probentur maiorem ſeruent. & qui ſunt tertiæ cum oppoſito concluſionis minorem propoſitionem habeant pro minori ad inferendam maioris propoſitionis oppoſitam.

## Caput. xii. ponit dubitationem de numero ſyllogiſmorum tertiæ figuræ & aliquibus proprietatibus eius.

ſVnt hoc loco nobis aliqua aperienda primum quamobrem figura tertia plures modos habeat quam ſecunda & prima cur ſemp affirmatiua unde particulariter ſp cõcludatur. eſto ꝙ uniuerſales ambæ accipiãtur præmiſſæ, cur ẽt ĩ ipſa mĩor ſit uniuerſalis cũ ĩ prĩa figura uniuerſalis cõuerſa pticularis efficiatur & figura tertia ex mĩoris cõuerſione naſcatur. Primi ratio eſt qđ pauciores cõditiones quã in cæteris in hac figura requiruntur. Maior enim poteſt & uniuerſalis eſſe & particularis. particularis quidem propterea ꝙ medio termino exiſtẽte ſubiecto in utraq; præmiſſarum & cõcluſione etiam particulari ſufficit ipſum cum quauis extremitatum particulariter ſummi modo altera ſit uniuerſalis quandocunq; aũt in aliquo pauciores differentiæ conueniunt. Tunc illud uniuerſalius eſt ꝗ aliud quod plures congregat, & ſic in figura tertia plures modi reperiuntur. Habet autem minorem affirmatiuam præter id qđ ex prima figura ſit ex conuerſione minoris cuius proprietates ſeruat ſicut diximus etiam de figura ſecunda. Eſt etiam mediũ eius in ratione partis reſpectu extremitati quod ſi minor eẽt negatiua poſſet confingere extremitates eſſe diſperatas & propterea non concludi affirmatiue & rurſus contingere uelut ſuperius & inferius habere & ſic non concludi negatiue & in tribus terminis unuſquiſq; per ſe poteſt conſpicere cõcluditur etiã ſẽper particulariter quia minor in plus poteſt habere ꝗ maior extremitas & propterea non poteſt de minori uniuerſaliter præ-

dicati nec ex ratione medii ipſo ſubiecto exiſtente poteſt uni-
uerſale concludi quãuis præmiſſæ ambæ uniuerſales ſint reſpe-
ctu medii. non enim ulla extremitas reſpectu alterius habet ut
pars neceſſario de tota altera prædicetur, nec plus poſſunt am-
bæ præmiſſæ uniuerſales in quantitate concluſionis efficere, q̃
uniuerſalis & particularis. Sed forte ſolum in euidentia conclu
ſionis exiſtit diuerſitas & propterea aliquando propoſitio uni-
uerſalis aſſumitur in figura tertia quamuis idem ſequatur ſumpta
particulari. unaquæque etiam figura habet præmiſſas proprias
quibus determinatam concluſionem concludit, quæ ſemper
non poteſt per figuram aliam cum iam medium eſt determina
tum & ipſum quæſitum ſicut monſtrauimus de ſecunda figura
& hoc loco poſſumus in tertia reſpectu huius quæſiti, an aliqđ
corpus ſit de nouo factum cum hoc medio quod eſt cœlum
ſic arguendo, cœlum non eſt de nouo factum, omne cœlum ẽ
corpus. Aliquod corpus non eſt de nouo factum. In aliis autẽ
modis licet poſſit concludi quæſitum in prima figura forte ta-
men præmiſſæ ſunt euidentiores ſi ſumantur in tertia. licet eui-
dentia concluſionis cõcluſæ magis appareat in figura prima &
hoc monſtrat neceſſitatem plurium figurarum, nec inconue-
nit in figura tertia modos eſſe ex minori uniuerſali. qui non fiũt
ex modis in prima figura concludentibus. neq; enim fieri poſ-
ſunt ex particularibus cũ particularis propoſitio non conuer-
tatur in uniuerſalem neq; ex uniuerſalibus quia affirmatiua uni-
uerſalis non conuertitur in uniuerſalem, niſi terminos conuer-
tibiles habeat. Opus eſt igitur quod generationem propriã una
quæq; figurarum quodammodo habeat & modos proprios in
quibus præmiſſæ ueræ abſolute ex ſe & ſine ulla conuerſione
terminorum accipiantur. Non ob aliam igitur cauſam dicun-
tur ex prima fieri quia facta conuerſione alterius præmiſſarum
in prima figura fit forma figuræ ſecũdæ uel figuræ tertiæ, & quia
figura facta ſi ſit ſyllogiſtica apparet talis per reductionem ad fi
gurã primã & ꝑ hoc patet reſpõſio ad quæſitũ Alexãdri. Quæ-

rit enim Alexander quãobrem in figura ſecunda quæ fit p conuerſionem maioris modi duo reperiuntur qui ex duabus uniuerſalibus uniuerſalem negatiuam concludunt. In tertia uero figura ex duabus uniuerſalibus affirmatiuis non ſunt duo modi ſyllogiſtici non nulli ut idem refert arbitrati ſunt modos duos uniuerſales eſſe in tertia figura alterum quidem qui per conuerſionem minoris reducatur ad tertium primæ. Alterum uero q per conuerſionem maioris & concluſionis in eundem prodeat. Sed profecto idem eſt modus, nec enĩ poſſunt in figura tertia ex duabꝰ uniuerſalibus affirmatiuis fieri ſyllogiſmi duo. propter hoc quia idem prorſus quæſitum ex eiſdem concluditur. quæ enim ponitur pro maiori poni poteſt pro minori nec multiplicandi modi ſunt quia diuerſimode ad primam figuram reducãtur, ſed cũ ex diuerſis propoſitõibus ĩ quãtitate uel qualitate uel ſecũdũ ordinem alterũ in utrouis prædictorũ aliquid ſyllogiſtice concluditur. At uero quia in figura ſecunda ſyllogiſmus eſt ex propoſitionibus alterius qualitatis differt modus qui unam determinate qualitatis habet pro maiori ab alio qui conſimilem habet pro minori. Sed ĩ figura tertia hoc minime accidere poteſt in ſyllogiſmis uniformibus in qualitate & quãtitate, neque etiam ex ſyllogiſinis qui ſunt ex diſſimilibus, nam ad minorem nunq̃ poni poteſt negatiua, quod tamen fit in figura ſecunda quæ ex affirmatiua & negatiua alternatim ſemper negatiuam concludit, quod ſi forte quiſpiam dubitaret cum figura prima affirmatiue & negatiue concludat ſecunda ſolum negatiue deberet tertia ſolummodo affirmatiue concludere ſicut enim maior propoſitio in figura prima indifferens eſt ſecundum qualitatem & ex ipſa naſcitur ſecunda figura, quæ concluſionem habet determinatæ qualitatis a fortiori figura tertia quæ naſcitur ex conuerſione minoris determinatæ qualitatis debet concluſionem in qualitate habere determinatam. Sed is diligẽter aduertat. Syllogiſmos omnes figuræ ſecundæ negatiuam concludere quia ex difformibus omnes conſiſtũt.

Et rurſus ſi figura ſecunda proprietatem ſeruat primæ figu-
ræ in maiori, proprietatem inquam, quæ eſt ſecundum quan-
titatem, ita figura tertia proprietatem minoris ſeruat ſecun-
dum qualitatem, ꝙ ſi in concluſione figura ſecunda ſibi ne-
gationem determinat, quæ ſibi non determinate inerat ſecun-
dum aliquam præmiſſarum. tertia quoque econtrario quan-
titatem concluſionis ſolam ſibi determinabit, cum in præ-
miſſis fuerit in quantitate indeterminata in ſola qualitate di-
ſtincta. Et ſic in utraque figurarum, alia concluſionis erit de-
terminatio, alia præmiſſarum, neque enim figura ſecunda affir-
matiuam aliquando concludit. quamuis maiorem aliquando
affirmatiuam habeat neque tertia aliquando uniuerſalem, quã-
uis in modis quatuor uniuerſalem acceperit in minori. ha-
bitudo enim medii ad extrema facit in concluſionibus ha-
bitudines extremitatum eſſe diſtinctas. In ſecunda enim fi-
gura habitudo maioris ad minorem eſt ſecundum habitudi-
nem maioris ad medium. aliquando uero ſecundum habitu-
dinem minoris ad idem, cum medium reſpectu utriuſque to-
tum ſit, licet affirmatiue reſpectu unius extremitatis accipia-
tur, reſpectu alterius negatiue. Semper tamen ſecundum habi-
tudinem medii ad negatiuam extremitatem concluditur alte-
rum extremum de altero negatiue. In tertia uero figura medi-
um habet ut pars ad utrũque extremitatũ. Quod ſi maior fue-
rit negatiua, concluſio quoque negatiua erit. & ſi fuerit affirma
tiua erit affirmatiua, per habitudinem enim maioris extremita-
tis ad medium in qualitate concluditur, habitudo maioris ad
minorem in concluſione. quod fit etiam in prima figura eui-
dentius & perfectius.

Caput decimũtertium q̃obrem in aliquibus modis non ſyl
logizantibus non eſt abundare omni & nulli in eſſe & quare ꝑ
duo contraria potius monſtrantur incollectiles & increpatio
Herminii.

n On eſt animus modos cuiuſcunque figuræ collectiles hoc loco pticulatim afferre, & unde, q̃ pfecti ſũt, hẽant perfectionem, & quomodo ſimiliter perficiantur, qui ſũt imperfecti, iam acta quidem ageremus, ab Ariſtotele enim diligenter in prioribus, & à nobis hoc perfectum eſt, Sed quæ digna ingenio uidẽtur, mens eſt noſtra & propoſitum aperire. de modis igitur in figuris neceſſario colligẽtibus ſatis iam à nobis annotatum ſit. De non colligentibus uero duo reſtant annotanda mea quidem ſententia admodum notatione digna. primum quamobrem in modis irregularibus ex minori particulari tam in prima quam in ſecunda figura eſt abundare terminis, quibus concludatur nulli ineſſe, deficiunt uero termini, q̃bus omni ineſſe poſſimus concludere, potiſſimum cum particularis negatiua uera ſumitur non per ueritatem negatiuæ uniuerſalis. In tertia uero figura econtrario ſit, particulari enim exiſtente negatiua & uera particulariter tantum eſt abundare terminis quibus concludamus omni ineſſe minime uero nulli ineſſe concludi poteſt. Secundum uero quod eſt ſpeculatione dignum, eſt cum in modis irregularibus concludi poſſint duo contradictoria, ſicut concluduntur duo cõtraria. quamobrem Ariſtotẽles potius ex contrariis arguit modos incollectiles eſſe, quam ex contradictoriis, cum contradictoria magis diſtent. quam contraria. Et propterea recte dicatur modos illos irregulares eſſe, qui ex particulari tales exiſtunt, ut ex ipſis contradictoria colligantur, non autem contraria. Eſt itaque dicẽdum, quod in modis primæ & ſecundæ figuræ irregularibus ex minori particulari per ſe uera, ſi loco minoris accipiatur ſub contraria particularis, quæ accipi poteſt, ex quo utraque ẽ uera, ſemper, cum maiori aliquid ſyllogiſtice concludetur. quod non repugnat uniuerſali negatiuæ, & eadem mutatõe facta colligitur, quæ uniuerſali affirmatiuæ contrariatur. Eſto enim quod in prima figura ex maiori uniuerſali negatiua minori particulari negatiua nõ

ſit ſyllogiſmus aliquid determinatum concludens. ſi tamen loco minoris ponatur particularis affirmatiua, quæ eſt ſimul uera cum prius ſumpta particulari negatiua aliquid ſumetur, quod non repugnabit uniuerſali negatiuæ. nam particularis negatiua colligitur, quæ illi non repugnat, ſed uniuerſali affirmatiuæ, & propterea in figura prima ex uniuerſali negatiua maiori & particulari negatiua minori non poteſt in aliqua materia colligi omni ineſſe. Nam duo contradictoria eſſent ſimul uera. eſſet enim particularis negatiua propterea quod mutata minori ſecundũ qualitatem oppoſitam ſyllogiſtice concluditur. & per aduerſarium uera eſſet & uniuerſalis affirmatiua. Quod diximus manifeſte apparet tam in prima figura quam in ſecunda. Vbi enim utraque in prima figura negatiua ſit minori mutata in qualitate particularis negatiua colligitur. At ſi in figura ſecunda utraque ſumatur affirmatiua minori particulari in negatiuam conuerſa ſyllogiſmus fiet particularis negatiuæ, quæ uniuerſali negatiuæ non repugnat, ſed bene affirmatiuæ. Et ideo non eſt mirãdum ſi in aliquibus terminis minori non mutata nulli ineſſe colligitur. omni uero ineſſe nequaquam. In tertia uero figura econtrario eſt. quando maior accipitur uniuerſalis affirmatiua minor particularis negatiua. minori enim mutata in affirmatiuam concluditur alicui ineſſe quod uniuerſali affirmatiuæ non repugnat ſicut uniuerſali negatiuæ. Et ſic econtrario accidit in hac figura, quam in prima. ibi enim maiori accepta uniuerſali affirmatiua, minori uero particulari negatiua erat abundare terminis omni ineſſe, & nulli ineſſe. In hac uero non. Sed in hac utraque existente negatiua terminis abundamus, quibus ibi non erat abundare, & omni, & nulli ineſſe. In utraque tamen ſub minori particulariter ſumpta quando non abundamus terminis oĩ & nulli ineẽ, poſſumus ſumere aliqd de quo oĩ & aliqd ẽt đ quo nullo, ut Ariſtotéles mõſtrauit ĩ prima figura & nos poſſũmus ĩ tertia hoc mõ, oẽ aĩal eſt uiuũ aliquod animal nõ eſt albũ

ſub albo, quod non eſt animal, ſumo lilium uel aliud quod ui-
uat, & ſumo niuem. Et manifeſtum eſt, ꝙ de hoc quidē omni.
de illo uero nullo predicatur uiuum. Idem poteſt fieri in ſyllo
giſmis irregularibus ſecundæ figuræ, in quibus non eſt abunda-
re terminis ad utrunque contrariorum. pro ſecundo uero quæ
ſito reſpondet Herminius, non minus rationabile coniugatio
nes illas repræhendi, per quas colligerentur contradictoria, q̄ il
las, per quas colliguntur contraria, non minus enim repugnan-
tia ſunt contradictoria, quam contraria. Sed ſi uerum eſſet, qđ
dicit Herminius, non oportuiſſet Ariſtotelem ſollicitari, & ad-
dere rationem in confutatiōe prædictorum modorum, quod
particularis uera eſt, aliquando per ueritatem uniuerſalis, cum
utrobique hoc agat, tam in prima figura quam in ſecunda. nec
fuiſſet neceſſarium in tertia uti expoſitione. ſat enim eſſet affer-
re duo poſſe contradictoria concludi. Eſt præterea falſum qđ
dicit Herminius, nam modus irregularis habet propterea qđ
nulla determinata concluſio colligitur ex aſſumptis præmiſſis.
ſed ex hoc quod duo contradictoria diſtinctis terminis poſi-
tis in cōſimilibus propoſitionibus concludantur, non tollitur
quin aliqua determinata concluſio concludatur. Dicemus. n.
quod quibuſdam propoſitionibus acceptis in aliquibus termi
nis concluditur nulli ineſſe in coſimilibus propoſitōibus aliis
ſumptis terminis alicui ineſſe concluditur, quare conuenien-
ter neutra regulariter debet dici concludi, particularis tamen
negatiua naturaliter concludetur, nec ex hoc habetur quicquā
repugnans. non excluditur enim per concluſionem contradi
ctoriarum aliquod, quod eſt à contradictoriis diſtinctum ſyllo
giſtice concludi, præcipue ſi fuerit nulli eorum repugnans, &
quorſum plura? quartus modus figuræ primæ, qui perfectus eſt,
ex maiori uniuerſali negatiua. minori particulari affirmatiua ſyl
logiſtice particularem negatiuam concludens abundat termi
nis, quibus nulli & quibus alicui ineſſe cōcludamus. Nulli qui-
dē ineſſe. Nullus equus eſt homo. aliquod quadrupes ē equus

Nullum quadrupes eſt homo. Alicui uero ĩeſſe. nullus equus
eſt homo. aliquod animal eſt equus, aliquod animal eſt homo.
Quia igitur quibuſcunque ſumptis terminis licet particularem
negatiuam concludere, ideo talis modus ad hanc concluden-
dam eſt ſufficiens ſyllogiſmus. Eodem modo de tertio eiuſdẽ
primæ dici poteſt, ad concludendum enim omni ineſſe & ali-
cui non ineſſe termini haberi poſſunt. ſed quia particularem af
firmatiuam regulariter concludit. ideo reſpectu ipſius eſt neceſ
ſarius, neque contradictoria eius, quæ naturaliter concluditur ꝑ
aliquos terminos ſimiliter ſumptis propoſitionibus concludi
poterit. non enim in tertio primæ ſunt termini in aliqua mate-
ria, quibus nulli ineſſe concludatur, neque in quarto eiuſdẽ uni
uerſalis affirmatiua hoc eſt omni ineſſe cõcludi poteſt. Sed qđ
in utroque concludi poteſt ſtat cum naturali concluſione ſui
modi. & aduertendum quod ſicut in ſyllogiſmis irregularibus
non poteſt aliquod contrariorum per demonſtrationem ad ĩ-
poſſibile monſtrari concludere. Ita etiam in prædictis ſyllogiſ
mis in quibus pro utroque contrariorum non eſt abundare ter
minis non poteſt aliquod cõtradictoriorum oſtentatione ad ĩ
poſſibile monſtrari, quare etiam in ſyllogiſmis naturaliter aliqđ
concludentibus ubi indiſtinctis terminis ſit accipere, contradi
ctoria præter concluſionem naturalem eo modo quo declara
uimus neutrum contradictoriorum demonſtratiõe ad impoſ-
ſibile ducente ſyllogiſtice poteſt concludi. aut enim modus
non eſt ſyllogiſticus, aut nihil cõcluditur, quod præacceptis ſit
repugnans, quamobrem neceſſe eſt dicere quod ſyllogiſmus
ad impoſſibile non poteſt conuenienter aptari, niſi concluſio
ni naturaliter concluſæ, ſola enim hæc demonſtratione ad im-
poſſibile poteſt oſtendi. Et propterea dico quod Ariſtoteles
non potuit conuenientiori argumento ſyllogiſmos inutiles re
probare, quã ex hoc, quod ſint termini, quibus omni & rurſus
termini, quibus nulli ineſſe ex ſimilibus propoſitionibus col-
ligatur. Nulla enim cum hoc accidit naturalis concluſio eſſe

poteſt, quia & cetera.

Caput decimumquartum. increpat iuniores q̄ necessarium nõ ſequatur ad quodlibet nec ex ipoſſibili ſequatur quodlibet

SI quis diligenter ea quæ diximus animaduerterit, apparebit, q̄ in modis figurarum qui aliquid neceſſario colligunt, non licet inferre quodcunque neceſſarium uel in terminis aliis, quam ſint termini præmiſſarũ, neque rurſus neceſſarium in eiſdem terminis ex contradictoriis, quorum neutrum naturaliter concluditur. Non enim per tertium primæ, exempli gratia concludi poteſt aliquod neceſſarium, quod ſit in aliis terminis à præmiſſis, neque rurſus poteſt colligi uel uniuerſalis affirmatiua, uel particularis negatiua, q̃uis ex his alterum neceſſarium ſit, nam ex oppoſito talis neceſſarii cum altera præmiſſarum aut nihil ſyllogizatur, aut non infertur in modo ſyllogizãte, oppoſitum alterius præmiſſæ. Et per hoc falſum reputo, q̄ à iunioribus dicitur neceſſarium ad quodlibet ſequi, hoc eni nec per ſyllogiſmum monſtrari poteſt, nec per conſequẽtiam. Omnis enim bona conſequentia in ſyllogiſmum deduci poteſt, qui conſequens conſequentiæ directe concludat. Cum. n. conſequentia omnis tres terminos habeat, quorum duo ingrediuntur concluſionem, tertium uero extra remanet, qui ſumitur pro medio termino cum in ſyllogiſticam formam cõſequẽtia tranſformatur, ut cum dicimus, homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia, medium eſt animal, quod nõ ingreditur cõcluſionem, ex quo ſyllogiſtice conſequens conſequentiæ, poteſt inferri, ſi de ipſo prædicabitur prædicatum quæſiti. Omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, omnis homo eſt ſubſtantia. Eodem modo dici debet de cõſequentia bona, quæ immediate reducitur in ſecundam figuram, aut tertiam eodem exiſtente conſequente in ſyllogiſmo, quod fuerat in conſequẽtia, q̃uis in talibus conſequentiis non tanta appareat neceſſitas

quanta apparet in conſequentiis reducibilibus ad figuram primam ut ſi in ſecunda figura dixero, omnis homo eſt animal, ergo nullus lapis eſt homo, medium animal quod de lapide negabitur, hoc modo uullus lapis eſt animal, omnis homo eſt animal, ergo nullus lapis eſt homo maiori exiſtente affirmatiua. Eodem modo in tertia ſi dixero. Omnis homo eſt rationalis, ergo aliquod rationale eſt animal, medium eſt homo, de quo in maiori affirmari poteſt animal, & in primum tertiæ ſic deduci. Omnis homo eſt animal. omnis homo eſt rationalis, ergo aliquod rationale eſt animal. In cõſequentiis uero, quæ malæ ſũt, ex medio termino, qui conſequẽns non ingreditur, nulla accipi poteſt propoſitio neceſſaria, quæ ſyllogiſmum efficeret neceſſarium, ut dicendo. homo eſt animal, ergo homo currit, ex medio, quod eſt animal, non accipitur neceſſaria propoſitio, ſed contingens. Omne animal currit, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo currit. licet formam ſyllogiſticam accipiat, maior tamen negari poteſt, quod ſimiliter contingit in conſequentiis, in quibus aut antecedens eſt impoſſibile, aut cõſequẽs eſt neceſſarium, & conſequens ad antecedens ordinem neceſſarium non habet, in his enim non accipitur medium magis neceſſarium, q̃ in his, quas omnes malas conſequentias eſſe concedunt, ut dicendo, homo eſt equus, ergo homo currit, medium omnis aſinus currit, quod ſicut in conſequentiis malis non eſt neceſſarium. Quod autem dicunt in prædictis oppoſitum cõſequentis repugnare antecedenti male dicitur, ipſum enim antecedens, cum eſt impoſſibile non poteſt ſtare cum oppoſito conſequentis, non ratione oppoſiti conſequentis, ſed ratione ſuæ impoſſibilitatis, ratione enim ipſius tantum copulatiua facta ex oppoſito conſequentis cum antecedente eſt impoſſibilis, Vbi uero conſequens eſt neceſſarium, oppoſitum conſequentis repugnat ipſi conſequenti, & non repugnat ipſi antecedenti proprie loquendo, quia ad ipſum nullam habet habitudinem. Nec poſſunt ipſi demonſtrare quo pacto oppoſitũ

conſequentis ſit imaginabile ſtare cum antecedente. Non enĩ uideo quomodo copulatiua ex ipſis ſit imaginabilis ſi antecedens ſit ſimpliciter ĩpoſſibile, uel cõſequẽs abſolute neceſſariũ.

## Tractatus de poſitione modorum quinque Theophraſti & de figura quarta Galeni & quomodo abinuicẽ differunt.

Heophraſtus exiſtimauit modos figuræ primæ eſſe no-
t uem, & quatuor illos quos poſuit Ariſtoteles, & tres q̃ per conuerſionem concluſionis trium primorũ modorum fierent, quos Ariſtoteles in ſecundo libro commemorat, cum pertractat, an idem modus poſſit plures concluſiones concludere. ſecundos etiam quos Ariſtoteles dixit, minorem de maiori poſſe concludere, nec aliam naturalem cõcluſionẽ. Galenus uero hos modos exiſtimauit eſſe figuræ quartæ, putauit enim ꝙ daretur figura quarta in qua aliquid naturaliter concluderetur. Alii uero non hoc pacto figurã quartam conſtituere. Sed quando ſubiectum in maiori eſſet prædicatũ in minori primam figuram uoluerunt, quando uero prædicatum eiuſdẽ eſſe ſubiectum in minori exiſtimarunt eſſe figuram quartam. Exemplum primi, omnis homo eſt animal, ſortes eſt homo. prima figura eſt. Si uero dixero, ſortes eſt homo, & omnis homo animal, eſt figura quarta. Et conſequẽter dixerunt, ꝙ tali modo datur figura quarta pfectior q̃ ſecunda & tertia, imo & Franciſcus de marronis, ꝙ perfectior q̃ prima, propterea ꝙ ſecundum eũdem ordinem explicatur eſſe minoris in medio, quo explicatur eſſe medii in maiori. Non nulli uero putãtes recte tales modos non eſſe alterius figuræ, dixerunt ꝙ prima figura eſt quando ſubiectum in una præmiſſarum eſt prædicatum alterius ſiue illa maior ſit. ſiue minor, ſed profecto & hi non admittẽtes figuram quartam, recte putant, deſcribunt uero male figurã primam, nam ĩ prima figura nunq̃ niſi ſubiectum maioris põt eſſe prædicatũ minoris. eſto .n. dicã, Socrates eſt hõ, & oĩs hõ ẽ aĩal. Scdo loco prolata maior propoſitio ẽ, prĩo uero mĩor & ſicut

ſuperius diximus. ubi de medio aliq̄d prædicatur talis pro maiori conſtituenda eſt, ne aliter ex ueris cogamur falſum confiteri. nullus equus ē homo, omnis homo eſt animal. nullus equus animal. Si maior eſſet uniuerſalis negatiua per ſecundum figuræ primæ. Modo uero quo exiſtimauit Calenus licet ſemp concludatur, quia tamē cogitatio nō fertur ī ipſam per naturā ideo Ariſtoteles ueluti non concludentes quæſitum naturaliter inter inutiles numerauit. Et Auerrois quidem conatur hoc contra Galenum oſtendere. inquit enim ꝙ cogitatio nō cadit ſecū dum naturam ad concludendum quæſitum, nam quia dicendo omne. b. eſt. a. omne. g. eſt. b. ſumus in differentes ad concludendum id quod ſequitur directe ꝙ. g. ſit. a. ſecundum primū modum figuræ primæ & hoc non eſt illud quod intendebamus concludere. Et ſic ipſum quæſitum remaneret quæſitum ſicut anteq̄ aliquid directe concluderetnr. Si uero concludamus ipſum quæſitum ita ut prædicetur prædicatum quæſiti in concluſiōe de ipſo ſubiecto quæſiti. et dicamus ꝙ ſubiectum ipſius quæſiti eſt ſubiectum per naturam & ſimiliter prædicatum eſt prædicatum per naturam. inuenientes autem medium aliquod quod prædicetur de prædicato quæſiti & ſubiiciatur ipſi ſubiecto quæſiti, & ſic naturaliter dicamus cōcludi prædicatum quæſiti de ſubiecto quæſiti. Si autem non haberemus reſpectum ad concludēdum prædicatum quæſiti de ſubiecto tunc non eſſet quarta figura ſed prima concludens cōcluſionē directā uel eius cōnerſā ſed qa cōuerſa uerbi gratia eius qđ p primā figurā uidetur, cōcluditur ſecūdū propoſitū cōcludi ītēditur, propterea dixit Galenus hanc figuram eſſe quartam cōcludentem quæſitum, & hoc modo ſuppoſito quæſito aliquo de cuius prædicato prædicemus mediū, de ipſo uero medio prædicemus ſubiectum, tunc inquit Auerrois hoc modo, nihil aliud ſequitur niſi quod idem prædicetur de ſeipſo & concludatur, quod eſt in fine abominatiōis nam ſicut non quæritur idē de ſeipſo ita nec concludi habet per ſyllogiſmum, deducitur

autem conſequentia Auerrois hoc modo, quæſitum enim ſit an.a.ſit.g.& dicamus ꝙ quia omne.b.eſt.a.& omne.g.ē.b.ſi naturalitet concludi poteſt ꝙ aliquod.a.ſit:g.tunc.b.quod prædicatur de prædicato quæſiti & ſubiicitur ſubiecto.poterit etiā de ſeipſo naturaliter prædicari, ex pte enim qua prædicatur de prædicato ē prædicatum, ex parte uero qua ſubiicitur ſubiecto eſt ſubiectum, & ſic ipſum medium reſpectu ſui ſubiicietur & prædicabitur quod eſt inconueniens. Quod autem dicitur qđ quæſitum illud habet ſubiectum & prædicatum ſecundum naturā, ſicut enim quætitur an omne.g.ſit.a.ita quæri poteſt an aliqđ.a.ſit.g.reſpōdet Auerrois ꝙ eſto ꝙ tale quæſitum ſit ſecūdum naturam, tamen componere ſyllogiſmum taliter ut medium prædicetur de prædicato queſiti.ſubiiciatur autē ſubiecto eſt ordinare ſyllogiſmum non ſecundum ordinem naturalem ad tale quæſitum determinatum, licet forte aliquando ſit uia naturalis ad concludendū aliquid aliud, ut ſi quæratur an aliquod animal ſit homo medio accepto riſibili. Omnis homo eſt riſibilis, omne riſibile eſt animal.ſecundum naturam quidem hæc compoſitio concluderet, omnis homo eſt animal, non naturaliter autem concludit hanc, aliquod animal ē homo.quod quæſitum cum eodem medio aliter accepto poteſt naturaliter concludi, Omne riſibile eſt homo, aliquod animal eſt riſibile, ergo aliquod animal eſt homo. Eodem modo ſi ſit quæſitum an aliquod animal non ſit equus, non erit compoſitio naturalis dicete, omnis homo eſt animal, nullus equus ē homo, ergo aliquod animal non eſt equus. Sed ſolum eſt compoſitio artificialis q̄ nullum quæſitum naturaliter concludit. Ipſum uero quæſitum ex eodem medio per compoſitionem naruralem diſſolui poteſt nullus homo eſt equus, aliquod animal eſt homo, aliquod animal non eſt equus, putauit autem Galenus modos aliquos figuræ quartæ perfici per duas conuerſiones ſicut uidemus de modo facto ſecundo loco ubi minorem conuertimus & maiorem.& tranſpoſito ordine per quartum primæ concluſimus na

turaliter idem quæſitum ſicut modi ſecũdæ & tertiæ figuræ dicuntur etiam per conuerſionem perfici uel per deductionem ad impoſſibile. Sed quemadmodum inquit Auerrois modi ſecundæ & tertiæ figuræ reducũtur ad primam per conuerſionem & talis conuerſio eſt ad oſtendendum concluſionem ſyllogiſmorum naturalium, conuerſio autem quam poſuit Ariſtoteles ad reducendum ſyllogiſmos ex minori negatiua uniuerſali in prima figura & tertia maiori exiſtente affirmatiua ẽ ad oſtendendum ſyllogiſmos artificiales non autem naturaliter certificantes de quæſito quemadmodum de ipſis putauit Galenus. Abſolute igitur uel modi quos ipſe poſuit nihil naturaliter concludunt uel aliud à quæſito. Et quẽadmodũ habetur ex Auerroi uidetur ſolum Galenus poſuiſſe modos quinque eſſe figuræ quartæ quos theophraſtus & Eudemus exiſtimarũt eſſe figuræ primæ. De concludentibus uero artificialiter tantum & ſolum minorem de maiori per modum utrobique exiſtens prædicatum uel utrobique ſubiectum quos poſuit Ariſtoteles. Nihil meminit Auerrois de intentione Galeni. Forte autem propter hoc quia ĩ aliis figuris uel medio utrobique prædicato uel ſubiecto exiſtente cognoſcitur ante concluſionem quæ maior extremitas ſit & quæ minor ſicut aliquo modo in modis quos poſuit theophraſtus. Sed ſi aliqua ratione erant ponendi non erant, propter hoc omittendi, quia nec in ſecunda nec in tertia figura aliter poteſt maiorem uel minorem extremitatem quis cognoſcere. q̃ penes ſubiectum quæſiti & prædicatũ. In quarta uero figura ecõtrario maior propter ſubiectum quæſiti minor ex prædicato. Et ſi hoc ita habet oportebit ponere figuras ſex quarta quæ medio in altera præmiſſarũ ſubiecto minorem de maiori concludat. Quinta medio utrobique predicato prædicans in concluſione minorem de maiori. Sexta uero medio utrobique exiſtente ſubiecto minorem de maiori. Eodem modo cum prioribus duabus concludens imo forte commutandus eſſet ordo quia medio utrobique exiſtente præ-

dicato ſit reductio ad figuram primam per ſolam conuerſio-
nem minoris quæ eſt uniuerſalis, negatiua facta tranſpoſitio-
ne præmiſſarum & particulari poſita pro minori, exiſtente ue-
ro utrobique ſubiecto conuerſione maioris quæ ſolum parti-
culariter cõuertitur & minori negatiua facta maiori & propter-
ea erit prior ordine poſtrema uero quia duplici conuerſione
indiget in modis nullo modo maiorem de minori concluden
tibus poneretur illa quæ medium nunc ſubiicit nunc prædicat
Quamuis alios modos habeat qui ſola conuerſione perficiun
tur & qui naturaliter aliquod aliud à quæſito concludunt. Sed
quia figuras naturales ſolum Ariſtoteles intẽdit de quæſito na-
turaliter certificãtes iõ & illos ueluti modos artificiales nihil na
turaliter certificantes quodammodo poſuit in figuris ſecundũ
quas habent medium. Exiſtimauit enim Ariſtoteles nullam fi-
guram eſſe, quæ de prædicato quæſiti prædicaret mediũ & ſub-
iecto idem ſubiiceret. Vel forte Galenus uoluit quartam figu-
ram eſſe quæ in concluſione maiorem de minori prædicaret ĩ
præmiſſis uero medium de maiori diceretur, Subiiceretur autẽ
minori & propterea quos Ariſtoteles in ſecunda & tertia figu-
ra dixit concludere minorem de maiori. exiſtimaſſet Galenus
non eſſe uerum, ſed in omni figura maiorem de minori cõclu-
di, ut ſi dixero aliquod animal ẽ homo nullus equus eſt homo
ergo aliquod aĩal non eſt equus, maior propoſitio ẽ in qua po
ſitus eſt equus, ſi uero concluſum fuiſſet aliquis equus non eſt
animal concluſum fuiſſet minor de maiori & hoc propterea q̄a
hoc eſt conuerſum concluſionis quod concluditur & eſt mo-
dus tertius figuræ ſecundæ minori prolata prius. tota hæc con-
fuſio procedit quia non ponitur Conuenientia explicita in ter
minis quid maior extremitas dicatur & quid minor in qualibet
figura. Sed dicamus ꝙ ſi ſubiectum quæſiti quod intenditur ꝑ
concluſionem concludi eo ordine quo propoſitum fuerat q̄-
ſitum in omni figura ſit minor extremitas, prædicatũ uero eiuſ-
dem maior extremitas, quod tunc ſicut eſt impoſſibile in pri-

ma figura & tertia minori exiſtente negatiua maiorem de minori concludere, neque in ſecunda & prima maiori exiſtente particulari ſecundum Ariſtotelem. ſic etiam dicere eſt neceſſe ſecundum Galenum, quia admittit quod medium in figura prima prædicetur de ſubiecto quæſiti, ſubiiciatur autem prædicato. Si autem uelimus quod medium in figura prima ſit, quod reſpectu unius extremitatis ſubiicitur reſpectu alterius prædicatur, ſiue prædicetur de prædicato quæſiti. ſiue de ſubiecto ita ꝙ ſubiectum in una ſit prædicatũ, in alia & maior & minor propoſitio cognoſcatur penes ſubiectum uel prædicatũ quæſiti. tunc impoſſibile eſt, ꝙ in prima figura & tertia maiorem extremitatem, quæ eſt prædicatum quæſiti de minori concludat, q̃ eſt ſubiectum eiuſdem minori exiſtente negatiua, exempli gratia. Si uolo concludere ꝙ aliquod animal non eſt equus, quod fuerat á me quæſitum, animal minor extremitas eſt, maior autẽ equus, dico hác concluſionem non cócludi poſſe minori exiſtente negatiua in prima uel tertia figura, maior enim propoſitio erit in qua equus, minor autem in qua animal. aliquod animal eſt homo, nullus homo eſt equus, aliquod animal non eſt equus, quæſitum ipſum concluditur, ſed non maiori exiſtente particulari, ſed uniuerſali negatiua, & eſt quartus modus figuræ primæ, & ſimiliter ſi prædicatur animal, & ſubiiciatur equus, minor erit negatiua, Et ideo abſolute cócludo, ꝙ modi figuræ primæ concludentes quæſitum, & habentes maiorem & minorẽ ex prædicato & ſubiecto quæſiti ſecundum compoſitionem naturalem ſunt tantum quatuor. quos poſuit Ariſtotéles. ſecũdum quem prima figura eſt, in qua medium ſubiicitur prædicato quæſiti, & de ſubiecto eiuſdem prædicatur. prædicatum uero & ſubiectum quæſiti maiorem & minorem indicant extremitatem & propoſitionem. licet non ex hoc tantum cognoſcatur eſſe maior in figura prima, quia eſt prædicatum, ſed etiam q̃a de medio prædicatur, utrũq; enim exigit figura prima in mo-

dis natutalitet concludentibus. qui ab Ariſtotele ſunt explici-
ti. Theophraſtus uero & cæteri qui modos quinq; addiderunt
figuræ primæ poſſunt definitionem paucioribus compræhen-
dere, non ita eam coartantes adherere medium, quod prædice
tur de ſubiecto quæſiti, & eiuſdem ſubiiciatur prædicato. ſed fi
guram primam eam eſſe, quæ medium terminum habet de alte
ro terminorum quæſiti prædicatum, alteri uero ſubiectum. ma
ior autẽ & minor extremitas ab eo tripliciter definiri põt, nõ ta
mẽ nouẽ oẽs modos ſingulis dẽfinitiõibꝰ cõplectẽdo. Sed preſ
ſius q̃dẽ accipiẽdũ maior extremitas erit, q̃ d̃ medio termĩo præ
dicabitur, & erit quæſtionis terminus prædicatus qua definitio
ne (ut diximus) tantum modi quatuor ab Ariſtotele compræ-
henduntur; latius uero duobus modis poteſt maior extremitas
definiri, quæ de medio prædicatur ſiue ſit ſubiectum quæſiti, ſi
ue ſit eiuſdem prædicatum. Et hac definitione modi quidem
nouem in prima figura continentur. Sed quatuor quidem per
naturam, quos Ariſtoteles monſtrauit, quinq; uero præter natu
ram minorem de maiori concludentes. Sed ſi hoc modo in-
tellexit Theophraſtus & qui eum ſecuti ſunt plurimi, ſicut in fi
gura prima cenſuerunt cõnumerandos eſſe modos, qui minorẽ
de maiori concluderent in aliis figuris cõcludentes minorem
de maiori debuerãt cõnumerare, ſicut eum, qui ex minori par-
ticulari affirmatiua, & minori uniuerſali negatiua, in figura ſecũ-
da minorem de maiori poteſt concludere, & eum qui in tertia
eodem modo concludit minori exiſtente negatiua: ſicut eni
in prima figuta ſecundum ipſum ſunt modi. qui concludunt di
recte maiorem de minori & ẽ conuerſo, minorem de maiori &
alii, q tantũ minorem de maiori ſimiliter in ſecunda & tertia fi-
gura ſi diligenter animaduerterit. Si uero alio modo cenſet ma
iorem extremitatem, quæ eſt prædicatum quæſiti ſiue prædice
tur de medio ſiue eidem ſubiiciatur, tunc amplectitur Theo-
phraſtus figuram primam Ariſtotelis & quartam Galeni. Sed

forte dubitabit aliquis contra Theophraſtum, quia in ſecundo modo primæ figuræ ex ueris concluderetur falſum, quæſitum enim ſit, an nullum animal ſit homo, maior extremitas ē homo, minor animal, quoniam hoc ſubiectum illud prædicatum exiſtit, arguatur igitur ſic, nullus homo eſt equus, omnis equus eſt animal, nullum animal eſt homo, quod eſt falſum. Sed ad hoc forte diceret Theophraſtus quod in prima figura, ubi maior ſubiiciatur medio. Et ſi utraque præmiſſarum ſit uniuerſalis, nō tamen uniuerſaliter concluditur, ſed tantum particulariter, ergo aliquod animal non eſt homo. tunc ulterius debet Theophraſtus ambigere, quomodo maiori ſubiecta medio concludatur uniuerſaliter in ſecundo modo ſyllogiſmorum imperfectorum in figura prima. Et rurſus in modis non naturalibus nō debet Theophraſtus eam maiorem propoſitionem putare. quæ communiter exiſtimatur. nam ſemper prædicatum quæſiti, quod ē maior extremitas, eſt in ea præmiſſarum, quæ dicitur minor communiter. Exiſtimo igitur ad mentem Theophraſti melius dici ſecundum primum modum. Secundum uero Galenum (ut exiſtimo) dicendum quod in quarta figura maior propoſitio eſt, in qua eſt prædicatum quæſiti, ſubiectum reſpectu medii minor, in qua ſubiectum de medio prædicatur, & ulterius ſecundum eundem ſi ponantur modi quinque deſeruire figuræ quartæ, tunc quæ apud Ariſtotelem cēſetur maior. apud Galenum eſt minor. & e contra, quæ apud Ariſtotelem in eiſdem modis κατὰ τὴν ἀνάκλασιν factis eſt minor, apud Galenum eſt maior. Et tunc ſecundum Galenum, oportet dicere quod in quarta figura ex duabus affirmatiuis concluditur quæſitum particulare affirmatiuum, & eſt primus modus figuræ quartæ, Secundus modus eſt ex minori uniuerſali affirmatiua, maiori particulari affirmatiua, particulare etiam affirmatiuum concludens. Tertius eſt ex maiori uniuerſali negatiua, minori uero uniuerſali affirmatiua particulare negatiuum conclu-

dens. Quartus ex uniuerſali negatiua conſtat & minori parti-
culari affirmatiua, ex quibus particularis negatiua concludi-
tur. Horum uero modorum reductio eo mõ quo ponit Boetius
ſecundum intentionem Theophraſti niſi ꝙ præmiſſarum de-
nominatio mutatur. Secundus uero modus qui ab aliquibus
ponitur ex maiori uniuerſali negatiua minori uniuerſali affirma-
tiua, uniuerſalem negatiuam concludentibus non puto poſſe
poni à Galeno, propterea ꝙ nõ in omni materia ex talibus uni
uerſalibus uniuerſaliter cõcluditur. Sed ſolum in ea materia in
qua directe in prima figura concluditur. Et ideo modus ille eſt
ſolum factus per refractionem à modo ſecundo primæ figuræ.
nec ſecundum Galenum habet maiorem negatiuam & mino-
rem affirmatiuam, ſed ẽcõtra, ex quibus ſequitur particularis ne-
gatiua per tertiũ figuræ quartæ, quare modi figuræ quartæ hoc
uerſu poſſunt contineri. Barali dibatis fepaſmo freſi ſomorum,
ex quo patet ꝙ quarta figura minorem non poteſt habere nega
tiuam, ſicut nec prima uel tertia in prædictis pro complemen-
to huius difficultatis duo ſoluenda occurrunt, primum cum in
ſecunda & tertia figura nõ cognoſcatur maior uel minor extre-
mitas, niſi penes ſubiectũ & prædicatũ ipſius quæſiti, quo mo-
do in coniugationibus concludentibus minorem de maiori
in ipſis poterimus cognoſcere maiorem & minorem propoſi-
tionem, uel potius quo pacto unq̃ poterimus dicere minorem
de maiori concludi. Secundo quo pacto diſputantes antequã
aliquid concludamus & accipientes medium utrobique ſubie
ctum uel utrobique prædicatum poterimus cognoſcere, quæ
extremitas de alia ſit concludenda, ex quo ſunt inæquali diſpo
ſitione in ordine ad medium. Ad primum horum dicendum
ꝙ in omni figura in qua aliquod quæſitum proponitur, quod
debet cõcludi eẽ uel nõ eẽ eius ſubiectũ ẽ mĩor extremitas præ
dicatum maior. ut ſi dixero quod aliquod animal nõ eſt equus,
quia aliquod animal eſt homo, & nullus homo eſt equus, in pri-

ma figura, uel nullus equus homo per ſecundam, & uterq; modus eſt naturalis concludens propoſitum ſcilicet maiorem de minori & prædicatum quæſiti de ſubiecto, & ubi nullū fuiſſet propoſitum problema, ubi medium in negatiua uniuerſali fuiſſet prædicatum, in altera ī particulari affirmatiua ſubiectū ipſū quæſitū naturaliter concluſiſſemus, in ſecunda ēt figura idē fuiſſet concluſum ſecundum ordinem naturalem, quia naturaliter negatiua apud intellectum conſtitueretur maior & particularis minor, Eſt enim concluſio quodammodo naturaliter cognita in præmiſſis, ut habetur in primo poſteriorꝝ, unde nullo propoſito quæſito dicentes, aliquod animal eſt homo, nullus homo eſt equus, naturaliter concludimus, quod aliquod animal non eſt equus, in quarto primæ minore primo loco propoſita, nec hic ſyllogiſmus aliquo indiget, ut appareat neceſſarius, & ſimiliter dicentes, aliquod animal eſt homo, nullus equus eſt homo concludimus aliquod animal nó eſt equus, per tertium ſecundæ. Et ſimiliter dicentes aliquis homo eſt animal, nullus hó eſt equus, concludimus naturaliter ꝙ aliquod animal non ē equus quia negatiua accipitur pro maiori, affirmatiua uero pro minori & eſt ſyllogiſmus in ultimo figuræ tertiæ, unde ſicut in naturalibus unūquodq; ita agitur, ſicut aptum natum eſt agi, ita & in figuris, ubi ex propoſito aliter non conueniant diſputantes, quare in omnibus his prædictis exemplis uolentes particularem eē maiorem propoſitionem, & maiorem cótinere extremitatem, oportebit ꝙ ſubiectum particularis in prima figura eſſet prædicatum uniuerſalis. tunc dicendum erit ꝙ ſolum minor de maiori concludi poterit. Sed hoc eſt per uiam artificialem & non per uiam naturalem, quia medium prædicabitur de prædicato concluſionis, quod eſt minor, & ſubiicietur ſubiecto, quod eſt maior. Et per hoc patet ꝙ talis modus concludendi eſt ſolum artificialis ſuppoſita minori eſſe pticulari, naturalis uero in ſecūda & tertia figura, propterea ꝙ ſecūdū naturā negatiuā accipiemus pro maiori, unde in his duabus figuris nullo facto ſuppoſi

to ex eiſdem præmiſſis concludimus ipſam cõcluſionem, qua propter modus, qui in his figuris duabus dicitur concludere minorem de maiori ſuppoſita particulari pro maiori, idẽ prorſus cõcludit maiorem de minori in alio modo, exempli gratia; Supponamus in ſecunda figura hanc eẽ maiorem, aliquod animal eſt homo, minorem uero nullus equus ẽ homo, minorem de maiori concludimus, aliquod animal non eſt equus. Eædẽ prorſus propoſitiones nulla ipſarum conuerſa concludunt in eadem ipſa figura idem quæſitum negatiua ſumpta pro maiori, ſicut patet in quarto ſecundæ. Eodem modo de tertia figura dici poteſt. In prima uero figura ubi ſola fiat tranſpoſitio præmiſſarum non habetur modus ſyllogiſticus, ſed minorem de maiori concludi poteſt oſtendi ſolum per duas conuerſiones & tranſpoſitiones præmiſſarum in his modis, qui tantum minorem de maiori concludunt ſecundum Ariſtotelem. In ſecunda autem & tertia poteſt oſtendi concludi minorem de maiori ſumpta pticulari pro maiori, quia ipſa exiſtẽte pro minori cũ eadem, cum qua ſumebatur prius in ea figura ẽ ſyllogiſmus cõcludens idem quæſitum. Et quia in prima figura poteſt cognoſci maior & minor nullo facto ſuppoſito, nec ullo propoſito quæſito, ideo forte uoluit Theopbraſtus multiplicare hos modos in prima figura, & non in aliis. Sed in tribus primis ſumptiſ præmiſſis nullo facto quæſito naturaliter magis concludemus id, quod directe ſequitur, quam eius conuerſam. In aliis uero duobus, in quibus non poteſt aliquid naturaliter concludi maioris de minori, dicemus quod per uiam naturalem nihil concludunt. Sed artificioſe tãtum minorem de maiori. De quibus ſi Galenus uelit prædicatum ipſum quod nos dicimus artificialiter concludi eſſe maiorem quæ ſecundum primæ figuræ ordinem eſſet minor, ipſa ponens talem modum ſecundum figurã quartam neceſſario habet dicere, quod talis concluſio eſt naturalis ſecundum figuram quartam, innaturalis autem ſecundum figuram primam, nam maior de minori naturaliter cõcludi de-

bet,& non ē contrario quare &c.

Tractatus de miſturis primis, in quo ponitur diuerſitas opinionum,& quid ſentiendum ſecundum Ariſtotelem.

d Ifficile & admodum arduum eſt uidere,an uerum ſit, quod Ariſtotéles in miſturis dicit,quod ex maiori de neceſſario,& minori de ineſſe ſequatur concluſio neceſſaria,nam Ariſtotéles uiſus ē uti principio per ſe noto quod eſt dici de omni uel de nullo. Hi etiam qui eius mētem ſectantur aliquam confirmationem induxerunt,& eſt,quod dato oppoſito concluſionis per oppoſitionem modi ad modum quātitatis ad quantitatem qualitatis ad qualitatem cum altera præmiſſarum ſequetur oppoſitum alterius præmiſſæ,ut dicendo omne.b.neceſſario eſt.a.omne.c.ē.b.ergo omne.c.neceſſario eſt.a.nam ſi non ſequitur,contingit aliquod.c.non eſſe.a.quod cum minori,omne.c.eſt.b.infert oppoſitum maioris,ergo cōtingit aliquod.b.non eſſe.a.nam ex maiori particulari de contingenti negatiua,& minori uniuerſali affirmatiua de ineſſe ſequitur particularis negatiua de contingenti,ſicut Ariſtotéles teſtatur,& alii non negāt.ex eadem uero cum maiori infertur oppoſitum minoris,quæ eſt una particularis de ineſſe,& minor eſt negatiua de poſſibili,præterea ex duabus uidelicet de ineſſe ſequitur concluſio de ineſſe,ergo ex una de neceſſario cum altera de ineſſe aliquid plus ſequi debet. In contrarium eſt Theophraſtus,& eudemus,& Plato & qui hos imitati ſunt plurimi uolentes cōcluſionem ſequi naturam minoris,præterea etiam confirmantes ita aiunt. De ineſſe eſt quod poteſt non ineſſe. Si igitur.b.ipſi.c.non neceſſario ineſt,poterit ab ipſo ſeparari. Si autem ab ipſo ſeparetur,ab ipſo eodem ſeparabitur.a. quando enim medium ſeparatur á minori,& maius ab eodem ſeparabitur, patet etiam hoc ex terminis. nam omnis homo neceſſario eſt animal,omne currens eſt homo.ergo omne currens eſt nnimal neceſſario, quod tamen non eſt uerum, pro

hac materia recordari nos oportet eorum quæ dicta ſunt ab Auerroi in materia de differentia propoſitionum de ineſſe. aliquæ enim dicuntur abſolutæ de ineſſe aliæ, ut nunc ea, quæ eſt abſolute de ineſſe, ſecundum Auerroim ſumitur in miſtione ex neceſſario & de ineſſe ad concludendam propoſitionem de neceſſario. Illa autem eſt de ineſſe ſimpliciter (ut patet ex præcedentibus) quæ habet prædicatum inhærens ſubiecto, quandocunque ſubiectum ponitur in actu, & diſtribuitur à neceſſaria, quia illa ſemper habet terminos in actu. Secũdum iuniores uero de ĩeſſe ſimpliciter dicitur propoſitio neceſſaria ſine modo neceſſitatis, & dicunt quod maior ſumpta de neceſſario, exigit minorem (ſi ſumi debet de ineſſe) de ineſſe ſimpliciter, aliter enim minor non ſumeretur ſub maiori. ſecus autem ſi maior eſt de ineſſe, non exigitur, ut illa ſit de ineſſe ſimpliciter, ſi ſub ipſa debet ſumi propoſitio neceſſaria, & conſequenter dicitur ſecudum Auerroim. quod concluſio taliter cõcluſa eſt neceſſaria per accidens, & inuenta per ſe, & ſecũdum hoc pateret concordia inter Ariſtotelem & alios, quos ſupra retulimus, ſecũdum uero iuniores ſequeretur abſolute neceſſaria, & maxime ſecundum eos, qui propoſitionem abſolute neceſſariam dicunt, quæ eſt ex terminis neceſſariæ habitudinis ad inuicem. Sed quod Ariſtoteles uelit intelligere nõ ſolum de propoſitione de ineſſe ſimpliciter, ſed etiam de propoſitione de ineſſe, ut nunc probatur, quia ex maiori negatiua de neceſſario & minori de contingenti ſequitur concluſio de ineſſe, ergo dato oppoſito concluſionis, negatiuæ de ineſſe cum maiori de neceſſario ſequetur & oppoſitum minoris, ſed oppoſitum concluſionis eſt de ineſſe, ut nunc, quia concluſio negatiua ſtabat cum una de contingenti, & oppoſitum minoris eſt neceſſariũ, igitur maiori exiſtente de neceſſario, & minori de ineſſe, ut nũc ſequitur concluſio de neceſſario, quod erat probandum, & cõfirmatur, quia in uniformi generatione ſyllogiſmorum de contingenti fit probatio formæ ſyllogiſticæ per ſyllogiſmum con-

uerſiuum factum ex altera de neceſſario, quæ eſt oppoſitū con
cluſi oīs primo illatæ, & ex altera poſita ineſſe, & infertur oppo-
ſitum alterius præmiſſæ, quod ē una propoſitio neceſſaria, nec
aliter poſſet probari prædicta forma ſyllogiſtica eſſe bona. præ-
terea non eſſet ſyllogiſmus perfectus ſecūdum hanc miſtionē,
indigeret enim extriſeca hipotheſi, uidelicet quod poneretur
ineſſe, quod non denotatur ex ui terminorum, propter hæc, &
ſimilia tenet Geraldus quod ſiue minor ſit de ineſſe ſimplici-
ter, ſiue ut nunc, quod ſequitur, ſecūdum talem miſtionem cō
cluſio de neceſſario, & eius poſitio poteſt hoc modo confir-
mari, quia terminus diſtributus ī maiori poteſt ſtare pro ſuppo-
ſitis per accidens, quia in ſua contradictoria ſimiliter eſt, ut ſi di-
co. neceſſario omne. b. eſt. a. poſſibile eſt aliquod. b, non eſſe a.
ſed in hac ſecunda poteſt ſtare pro ſuppoſitis per accidens, er-
go & in prima. Termini enim habent eadem ſuppoſita in utro
que contradictorio, præterea ſic ſyllogiſmus eſt bonus, omnis
homo de neceſſitate eſt animal, omnis lapis eſt homo, ergo oīs
lapis de neceſſitate eſt animal. Sed magis conuenit ſubiectum
per accidens cum ſubiecto per ſe, quam aliquid extraneum, ſi-
cut homo albus cum homine, quam lapis, igitur &c. Nec ualet
quod dictum eſt, quod ex ueris ſequeretur falſum, ſicut dicen-
do, omnis homo de neceſſitate eſt animal, album eſt homo, er-
go album de neceſſitate eſt animal, quod tamen eſt falſum.
nam ad hoc reſpondet Geraldus dicendo ipſum eſſe ue-
rum, & ſi dicatur, conuertitur in falſam, aliquod animal de ne-
neſſitate eſt album reſpondet quod terminus concretus acci-
dentalis poteſt ſumi dupliciter uno modo ratōe naturæ ſub-
iectæ denominatæ per formam accidentalem, alio modo rati-
one naturæ denominantis. ſcilicet formæ accidentalis, exem-
plum primi, quoddam album eſt animal, exemplum ſecundi,
album eſt coloratum. In propoſito igitur dicimus quod ſi de
ſubiecto fiat prædicatū, & e contrario ita tamen quod prædice

tur ſecundum naturam, ſecundum quam ſubiiciebatur, & non ſecundum aliam. Tunc conuerſio erit recta, aduertendum etiam, ꝙ iſte terminus album, licet ſit natus dupliciter ſubiici pro duplici illo ſignificato, non tamen natus eſt prædicari niſi ſecũdum ſubiectum albedinis, ſi aliter non exprimatur, & ideo exponendus eſt ſic, quoddam albũ de neceſſitate eſt animal, ergo quoddam animal de neceſſitate eſt id quod eſt album. Auerrois uero dicit, ꝙ prædicta concluſio, album de neceſſitate eſt animal non eſt neceſſaria niſi in tempore, in quo inuenitur albedo in homine, & puto ꝙ Auerrois uelit hanc propoſitionẽ album eſt animal eſſe ut nunc de ineſſe, propterea ꝙ contingit aliud præter animal eẽ album, & quia li albũ ponit ſuũ ſignificatum formale in propoſitione. Et propterea uult ipſe Auerrois ꝙ propoſitio de ineſſe quæ ſumitur i hac miſtura, ſit ea, quæ aliquo modo dicitur neceſſaria & eſt quæ habet prædicatũ cõſequens ſubiectum, licet neutrum ſit neceſſarium, ſicut dicendo ambulans mouetur, uel hæ, in quibus ſubiectum eſt unũ per accidens & prædicatum, unum per ſe, ut dicẽdo, omne ambulans eſt animal, & dicitur inuenta propter diſpoſitionem ſubiecti, & neceſſaria propter ſubiectum diſpoſitionis. unde dicitur inuenta per ſe, & neceſſaria per accidẽs, hæc autem propoſitio album eſt animal, nec ratiõe ſubiecti ẽ neceſſaria, quia aliud ab animali poteſt eſſe album, nec ratione diſpoſitiõis. cum autem dicitur, ambulans eſt animal, licet ambulans non ſignificet ſup animal ſemper. ſed ſolum in hora, in qua ambulans eſt, ſicut patet ex quæſtionibus noſtris de cõuerſionibus propoſitionum, tamen quod eſt ſubiectum de ambulationis neceſſario eſt aĩal. Et propterea uult Auerrois ꝙ maior ſumatur abſolute neceſſaria, minor uero ſit de ĩeſſe, quæ aliquo modo ſit neceſſaria, nã ſi eẽt abſolute neceſſaria. & cõcluſio ſeq̃retur abſolute neceſſaria. Si uero ẽ neceſſaria ſcđm qd, abſolute ãt ĩuẽta ẽt ẽ cõcluſio ſecũdum accidens neceſſaria, inuenta autem per ſe. Reſponden-

dum autem nunc eſt ad argumenta, quæ ſunt contra hoc, ad pri
mum autem obiectorum dicitur, ꝙ oppoſitum concluſionis
de ineſſe, quod iungitur cum maiore ad interimendum mino-
rem in miſtione de neceſſario & contingenti non eſt de ineſſe,
ut nunc, ſed eſt de ineſſe ſimpliciter, & cum dicitur, ꝙ illa con-
cluſio ſtat cum contingente, ad urrūlibet negatur, imo ſolū ſtat
cum negatiua de contingenti pro poſſibili, cnm qua bene po-
teſt ſtare negatiua de ineſſe ſimpliciter. exemplum ſumi poreſt
formando ſyllogiſmum in tertio figuræ ſecundæ. Ad cōfirma-
tionem uero dicitur quod ī prima figura ex uniformibus de cō
tingenti ſyllogiſmus eſt perfectus, ſi rectus ordo terminorū ac-
cipitur. Si uero fiant ſyllogiſmi in alia figura, ut puta in ſecunda
& rertia poſſumus dicere ꝙ probantur per conuerſionem. Si
ſyllogiſtici fuerint, & rurſus qui debeant probari per impoſſibi
le, uidendi ſunt in libro priorum. Ad aliud dicitur quod eſt ſyl
logiſmus pfectus maiori & minori ſumpta, ſicut ſumi debet, ad
ea etiam, quæ adducuntur in confirmationem poſitionis eius,
reſpondere poſſumus, ad primum quidē concedendo, quod
ī utroque contradictoriorum accipitur pro ſuppoſitis per ſe,
& non eſſe inconueniens ſi accipi poſſit pro ſuppoſitis per ac-
cidēs, ad aliud autem dicitur, ꝙ eſt ſyllogiſmus, & minor eſt fal-
ſa, in qua non ſumitur minor extremitas uel ſuppoſitum per ſe
ipſius medii, ſed aliquod extraneum uel diſparatum accipitur.
Et rurſus dicitur ꝙ cōmittitur fallacia accidentis, cum minor ſu
mitur per accidens & nō per ſe ſub medio, de quo per ſe prædi
catur maior uel affirmatiue uel negatiue, & hæc fallacia contin-
git propter modum neceſſarium appoſitum maiori, nulla tamē
eſt fallacia, ſi maior ſit de ineſſe ſimpliciter, minor uero de ieſſe,
ut nūc, mediū uero nō ē extraneū minori, niſi qnatenus đ ipſo
prædicatur maior, cū tali mō neceſſitatis, præterea ex oppoſito
concluſionis cū minori nō infertur oppoſitū maioris, neq; ex
eodē cum maiori infertur oppoſitum minoris, primum pa-

tet, quia ex particulari negatiua de poſſibili, uerbi gratia, ſi con-
cludatur uniuerſalis affirmatiua de neceſſario cũ uniuerſali af-
firmatiua de ineē, ut nũc, non ſeqtur, quia in tali miſtione opor
tet, ꝙ illa, quæ eſt de ineſſe, ſit de ineſſe ſimpliciter. Secundum
patet, quia particularis negatiua de poſſibili cum uniuerſali af-
firmatiua, ut nunc, ſimul ſtat. ut oīs homo de neceſſitate eſt ani-
mal, poſſibile eſt aliquod album non eſſe animal, ergo poſſibile
eſt aliquod album non eſſe hominem, quæ non repugnat iſti
de ineſſe, ut ũnc, omne album eſt homo, quod erat minor, dũ
ſic arguebatur, neceſſario oīs homo eſt animal, omne album eſt
homo, ergo omne album de neceſſitate eſt animal. Meminit
autem Ariſtoteles ſolum in miſtione de ineſſe & de contingē-
ti de differentia propoſitionis de ineſſe, ut nũc, & ſimpliciter.
quia ibi dignoſci non poteſt, ſicut in mixtione ex maiori de ne
ceſſario & minori de ineſſe. nã in hac maior de neceſſario qua-
lis debet eſſe minor ſub ipſa ad concludendum de neceſſario
ſatis monſtrat, ꝙ debeat eſſe de ineſſe ſimpliciter. His non ob-
ſtantibus dixerunt nonnulli iunioꝝ, ꝙ ex minori de neceſſario
in ſenſu diuiſo & non in ſenſu compoſito cum minori de ineē
ſequitur concluſio de neceſſario. Sed hæc eorum poſitio de
ſenſu compoſito & diuiſo ſatis reprobata eſt à nobis in tractatu
de conuerſione propoſitionum, & ideo nihil hoc loco atti-
net dicere, niſi quod ſicut dicendo. omne. b. neceſſario eſt. a. ē
de omni & uniuerſalis, ſi ſub ipſa minor accipiatur, ita & hæc ne
ceſſario omne. b. eſt. a. & ideo eo modo quo iſta eſt uera, neceſ-
ſario, omnis homo eſt animal, ita hæc eſt uera omnis homo ne-
ceſſario eſt animal, utrum uero ſit neceſſaria per ſe, an inuenta
per ſe in quæſtionibus noſtris de conuerſione propoſitionum
de contingenti patere poteſt. Ioannes uero grammaticus pro
Ariſtotele i hoc loco ſic reſpõdet dicēs, ꝙ neceſſariũ dupliciter
dicitur proprie & ex ſuppoſitõe, & hoc dupliciter, aliud qdē ex
pte ſubiecti & aliud ex parte prædicati. i. dum ſubiectũ manet uel

dum manet prædicatum exemplum primi, ut ſolem moueri, exemplum ſecundi, ut ſortem eſſe animal, quod etiam magis accidit ad naturam uerbi neceſſarii, q̃ tertium. Exemplum tertii, neceſſe eſt ſedentem ſedere, quando cunque enim ſedere extiterit in ſedente erit, dicimus igitur ꝙ minor ſumi debet ſecundũ neceſſarium ſignificatum à parte ſubiecti, cóclusio auté ex ſuppoſitione ſecundum prædicatum. hanc autem ſententiã confirmat Ioannes grammaticus auctoritate Alexandri in ſingulari quodam opere. cuius ſententiæ magiſter eius ſoſigenes fuit, & hoc ipſum confirmari poteſt, nam Ariſtoteles in hac mixtione non ponit terminos, quia abſolute neceſſarium non ſemper ſequi reperitur, ponit uero terminos maiori de ineſſe & minorĩ exiſtente de neceſſario ut monſtret quid ex ipſis ſequatur, q̃uis Ioannes grammaticus hanc ſententiam dicat eſſe Alexandri. reperio enim Alexandrum in hac materia aliter ſentire. Inquit. n. de hac ipſa mixtione in ſecunda figura, ꝙ maiori exiſtente negatiua neceſſaria & minorĩ uniuerſali affirmatiua de ĩeſſe ſequitur concluſio neceſſaria, non autem e conuerſo, niſi ex ſuppoſitione propter, quod inquit Alexander. ubicunque Ariſtoteles dixit concluſionem ſequi neceſſariam non ex ſuppoſitione intellexit (erat enim & hic modus concluſionis in ſecundo ſecundæ figuræ affirmatiua exiſtéte neceſſaria negatiua uero de ineẽ) ſed abſolute neceſſarium uoluit concludi pro cuius intellectu ſciendum eſt ꝙ alio modo concluſionem de neceſſario cóſideramus in libro priorum & alio modo in libro poſteriorum. Hic enim ſecundum naturam propoſitionis & ex terminis, ibi uero ſecundum uim & rationem ſyllogiſticam, unde aliqua có cluſio ſequitur ſyllogiſtice neceſſario, non tamen cum modo neceſſitatis explicito, aliqua autem cum modo neceſſitatis explicito, quæ tamen non eſt neceſſaria & debet concedi ut uera, ſi ſimpliciter in terminis uera ſit, unde ueritas eius depẽdet ex inherentia prædicati ad ſubiectum, modus uero neceſſarius ap-

ponitur propter conſecutionem eius ad antecedentia & p habitudinem medii ad maiorem extremitatem. ipſa enim ẽ in cuius uirtute maior de minori in concluſione prædicatur. & huius ſignum potiſſimum eſt, ꝙ ex minori & concluſione poteſt fieri connexa neceſſaria, ut dicendo; neceſſario omnis homo eſt animal, omne currens eſt homo, ergo omne currens eſt animal, hæc enim eſt una connexa neceſſaria, ſi currens eſt homo. neceſſario currens eſt animal. Secus autem ubi maior ſit de ineſſe & minor neceſſaria. ut dicẽdo, omne animal currit, omnis homo neceſſario eſt animal, ergo omnis homo currit; nõ enim fit aliqua cõnexa neceſſaria, quæ teneat in uirtute maioris, ſicut prius, ut dicendo. Si omnis homo neceſſario eſt animal, omnis homo currit, medium enim non neceſſarium non poteſt eſſe cauſa concluſionis neceſſariæ, ut dicitur primo priorum, hæc autem conſequentia ſi omnis homo neceſſario eſt animal, omnis homo currit. non tenet niſi i uirtute huius medii, omne animal currit, quod quidem contingens eſt. & non neceſſarium. eodem modo dici poteſt & in ſecunda figura. Neceſſario nullus equus eſt homo, omne currens eſt homo, ergo nullum currens neceſſario eſt equus, hæc enim cõnexa eſt neceſſaria. ſi omne currẽs eſt homo, nullum currens eſt equus eſt in uirtute maioris. quamobrem cum ſyllogiſmus hypoteticus non concludat intentum niſi in uirtute ſyllogiſmi categorici, hinc in conſequentibus demonſtrabitur, non poteſt autem prædictus ſyllogiſmus in alium categoricum reduci, quare i eum, qui dictus ẽ. ſequitur de neceſſitate ꝙ ille ſit bonus. ſed dicet aliquis uidete poſſumus quo modo in ſecundo ſecundæ figuræ poſſit ex neceſſitate maioris inferri concluſio neceſſaria, dicendo. neceſſario omnis homo eſt animal, nullum currẽs eſt animal, ergo nullum currens neceſſario eſt homo. Si nullum currẽs eſt animal, nullum currens neceſſario eſt homo, per hoc medium, neceſſario omnis homo eſt animal, dicendum quod non ſufficit in ſe-

cunda & tertia figura fiat connexa neceſſaria ex minori & concluſiõe, quæ teneat per maiorem, ſed ultra hoc requiritur quod maior terminus affirmetur uel negetur à maiori, per hoc quod eadem affirmatur uel remouetur à medio ſyllogiſmo formato ſecundum primam figuram, in aliis uero cum reducuntur ad ipſam. In ſecundo itaque modo ſecundæ figuræ licet ex minori & concluſione poſſit fieri connexa neceſſaria. quæ teneat in uirtute maioris, tamen ſyllogiſmus talis poſt reductionem non erit talis. ut ex minori & concluſione poſſit fieri connexa neceſſaria. fient igitur concluſiones neceſſariæ in ſecundo modo ſecundæ figuræ, ſed non per habitudinem medii ad maiorẽ. ſed minoris ad medium poſt reductionem ad primam figurã, plus autem facit habitudo medii ad maiorem quam minoris ad medium ad conditionem concluſionis, propterea ꝙ maior propoſitio eſt illa, uirtute cuius éthimema factum ex minori & concluſione tenet, quando igitur ipſa fuerit neceſſaria, & cõcluſio neceſſaria erit maxime in prima, quia ab ipſa ſumitur ratio dicẽdi de omni uel dicendi de nullo. quæ eſt ſecundum habitudinem maioris ad medium, & licet in ſecũdo ſecũdæ figuræ hoc reperiatur maiori exiſtente neceſſaria, tamen poſt reductionẽ deperditur, non enim eſt amplius habitudo neceſſaria maioris ad medium, ſed ſolum medii ad minorem, ex quo ex maiori fit minor, & forte propter hoc Ariſtoteles ſolum meminit de ſecundo ſecundæ. quia in ipſo uidebatur concluſio ſequi neceſſaria propter neceſſitatem maioris, ſicut in primo ſecundæ, de quo non dixit concluſionẽ eẽ neceſſariam, quia facta reductione eſt ſyllogiſmus ĩ prima figura, ex maiori etiam de neceſſario, quæ continet habitudinem neceſſariam maioris ad minorem per habitudinem neceſſariam maioris ad medium. Reſtat autem reſpondere rationibus. quæ contra hoc adduci poſſunt inter quas potiſſimæ illæ ſunt. quæ arguunt ex oppoſito cõcluſionis, non poſſe cum altera præmiſſarum inferri oppoſitum al-

terius præmiſſæ, uel quia non fit ſyllogiſmus, uel ſi fit non in-
fertnr oppoſitum alicuius præmiſſæ, ut dicendo neceſſario oīs
homo eſt animal, omne album ē homo, ergo neceſſario omne
album eſt animal, dato oppoſito concluſionis cum maiori nō
uidetur inferri oppoſitum alterius præmiſſæ, neceſſario omnis
homo eſt animal, poſſibile eſt aliquod album nō eſſe animal, er
go poſſibile eſt aliquod album non eſſe hominem, quæ non re
pugnat huic de ineſſe, omne album eſt homo, ad hoc dici po-
teſt ꝙ hoc repugnat illi ſecundum ꝙ li album ſtat pro ſubiecto
albedinis, de quo terminus ſubſtantialis prædicatur. Cum au-
tem dicitur ꝙ nō fit ſyllogiſmus ex oppoſito cōcluſiōis cū mi
nori ad interimendum oppoſitum maioris, forte reſpondetur
ꝙ ꝑ oppoſitum cōcluſionis cum minori infertur oppoſitum
maioris, quia bene ſequitur, poſſibile eſt aliquod album non eſ
ſe animal, omne album ē homo, ergo poſſibile aliquem homi
nem non eſſe animal, & quum dicitur ex una de ineſſe, ut nūc.
& una de poſſibili, non ſequitur concluſio, conceditur, ſi poſſi
bile accipitur pro contingenti ad utrumlibet non autem ſecū
dum ꝙ opponitur neceſſario. Niſi eſſet quod in conſequenti-
bus demonſtrabitur etiam poſſibili accepto in tali ſignificato
cum prædictis præmiſſis non ſequitur concluſio, nam ubi ma-
ior eſſet de ineſſe, ut nunc, & minor neceſſaria poſſet probari ꝑ
cōſimilem deductionem, ꝙ cōcluſio eſſet neceſſaria, ut dicen
do omne. b. eſt. a. omne. c. neceſſario eſt. b. ergo omne. c. neceſ
ſario eſt. a. nam dato oppoſito concluſionis cum maiori, infer-
tur oppoſitum minoris, & cum minori oppoſitum maioris, ut
dicendo omne, b. eſt. a. poſſibile eſt aliquod. c. non eſſe. a. ergo
poſſibile eſt aliquod. c. non eſſe. b. quod eſt oppoſitū minoris
ubi conſimilis modus argumentandi eſt, qui prius & poſſibile
ſecundum idem ſignificatum accipitur, & ſimiliter cum mino
ri. poſſibile eſt aliquod. c. nō eſſe, a. omne. c. neceſſario eſt. b. er-
go aliquod. c. poſſibile eſt nō eſſe. a. quæ repugnaret huic oē. b.

eſt.a.ſicut dicebatur ꝙ hæc,poſſibile aliquod album nō eſſe hominem, repugnabat huic,oē album ē hō in ſyllogiſmo facto ex maiori de neceſſario.Quare abſolute dicēdū eſt,ꝙ minor debet ſumi de ineſſe ſimpliciter, ſicut dicebat Auerrois,& maior abſolute neceſſaria,& ſi nō reſpectu ſuppoſitoꝝ eorū dē, tamē reſpectu naturæ neceſſario exiſtentis in aliquo.Sed quærendum eſt q̄uo concluſio ſeqtur,ubi maior ſumatur de ineſſe ſimpliciter,minor uero de neceſſario,utrum cōcluſio ſequatur de neceſſario(non.n.neceſſe maiorem ſumi de ineſſe ſimpliciter, qa nō determiatur à minori neceſſaria ad talem acceptionem. ſed bene ē contrario) Ad hoc dicendū eſt ꝙ accipiēdo propoſitionem de ineſſe ſimpliciter ad mentem iuniorum,quæ.ſ. eſt neceſſaria ſine modo neceſſitatis,tunc quidem ſequetur cū minori de neceſſario concluſio neceſſaria ſine modo neceſſitatis, quia eodem modo probatur maior extremitas de minori in cōcluſione,quo eadem de medio ī præmiſſis dicitur,uirtus enim in inferēdo maiori attribuitur propoſitioni in figura prima,& effectus nō tranſcendit ſuam cauſam,ſi aūt concluſioni addatur modus neceſſitatis,eſſet fallacia conſequentis.Et ſi dicatur ꝙ agens particulare(ut patet ī naturalibus)dat determinationem effectui.ergo minor propoſitio exiſtens neceſſaria determinat concluſionem ad modum neceſſitatis reſpōdetur qa ex quo ſub maiori poſſunt plura ſumi, dicitur minor determiāte maiorē ad eliciēdū determinatā cōcluſionem,nō aūt habet determinare modū illatiōis,ſed maior eſt quæ determinat modum cōcluſionis,& nō facit determinatā cōcluſionem,& licet cōcludēdo cū modo neceſſitatis ex oppoſito cōcluſionis cū altera præmiſſaꝝ infertur oppoſitū alterius præmiſſæ,dicitur ꝙ uirtute ſermonis maior de ineſſe non dicit ſeipſam eſſe neceſſariā,& propterea illa de poſſibili negatiua non illi repugnat,quādo ſumitur cū minori de neceſſario ad inferēdum oppoſitum maioris,& hoc qa nō dicit ſe eſſe neceſſariā.Alio aūt mō reſpōdēdū eſt ſectādo uiā Auerrois,& ponēdo propoſitionē de ineſ

ſe ſimpliciter eſſe diſtinctam à propoſitione de neceſſario, qa ĩ ipſa nõ ſit in terminis neceſſariis, licet habeãt habitudinẽ neceſſariam inter terminos, quod impoſſibile eſt, ꝙ maiori exiſtẽte de ineſſe ſimpliciter mĩor ſit de neceſſario ĩ pria figura, ex quo ſubiectũ maioris prædicatur ĩ mĩori, & nõ põt eẽ terminus neceſſarius, & iõ uere nõ põt propoſitõem de neceſſario conſtituere, propoſitõis.n. de ĩeſſe ſimpliciter ſp ſubiectũ ẽ terminus accidẽtalis nõ neceſſarius. Ad argumẽta aũt pricipalia dicẽdũ ẽ, ꝙ illđ, qđ neceſſario ĩeſt oi.b. ĩeſt neceſſario cuilibet parti eius, ſi propriæ ptes accipiãtur. nõ ſũt aũt propriæ ptes.b.q̃ aliquãdo ſũt.b aliquãdo nõ ſũt.b. Ad deductionẽ uero ꝑ ĩpoſſibile dicitur, ꝙ eodẽ mõ ꝑ ĩpoſſibile mõſtrabitur, ꝙ uniuerſalis de ĩeſſe cõcluditur, & ẽt uniuerſalis affirmatiua de cõtingẽti, ut dicẽdo oẽ.b. neceſſario ẽ.a.oẽ.c.ẽ.b.ergo oẽ.c.ẽ.a.& huius cõcluſiõis oppoſito accepto arguatur ſic, oẽ.c.ẽ.b.aliqđ.c.nõ eſt.a.ergo aliqđ.b. nõ ẽ.a.& eodẽ mõ dicẽdo neceſſario, oẽ.b.ẽ.a.oẽ.c.ẽ.b.ergo cõtigit, oẽ c.eẽ.a. Nã dato oppoſito arguitur cũ maiori ſic neceſſario, oẽ.b.ẽ.a.neceſſario aliqđ.c.non ẽ.a.ergo neceſſario. aliqđ.c. nõ ẽ.b.qđ ẽ oppoſitũ mĩoris uel ſaltẽ ipſũ ĩfert.hæc reſpõſio datur ab aduerſariis ĩ hoc loco (ut refert Ioãnes grãmaticus) ubi aũt dicitur cuius oppoſitũ ꝑ affirmatiuã de neceſſario nihil cõcluditur, qa ex duabus affirmatiuis ĩ ſcđa figura & altera cõuerſa nõ fit ſyllogiſmus. Sed q̃rẽdũ ẽ quo pacto plures cõcluſiones ꝑ eũdẽ modũ cõcludi ꝑ ĩpoſſibile poſſint oſtẽdi. Ad hoc reſpõdet Ioãnes grãmaticus hoc cõuenietẽr cõtingere. quãtitate.n. eadẽ ſũpta ĩ cõcluſiõibus eiſdẽ ꝑmanẽtibus præmiſſis facta ſola uariatiõe modoꝶ idẽ ĩ cõueniẽs collectũ ẽ. Sed hoc ita abſolute dictũ nõ uidetur cõtĩere ueritatẽ. nã ĩ ſyllogiſmis uniformibus de ĩeſſe, ubi maior & minor terminus uniuerſaliter ſumũtur ĩ pria figura, licet colligere uniuerſalẽ de ĩeſſe, nõ tamẽ, ubi cõcluſio ſumatur cũ mõ neceſſitatis, nõ licet ex eius oppoſito cũ altera præmiſſaꝶ ĩferre oppoſitũ alterius præmiſſæ, ſicut patet cõſiderãti. Et eodẽ mõ ſi cõcludãtur cõcluſio cũ mõ cõtingẽtiæ. Si aũt ac

cipiatur ſyllogiſmus uniformis ex neceſſariis,põt qdẽ loco propoſitõis neceſſariæ cõcludi propoſitio de ĩeſſe eiuſdẽ quãtitatis & ꝗlitatis.propterea ꝙ neceſſariũ cõcludit ineſſe,nõ tamẽ iure põt propoſitio de cõtigẽti,& eodẽ mõ quo ĩ ſimplicibus.Si ĩ aliqua miſtura concluditur propoſitio neceſſaria,nõ põt loco eius cõcludi propoſitio cõtigẽs eiuſdẽ ꝗtitatis & ꝗlitatis,poſſent.n.tũc oſtẽtatõe ad ĩpoſſibile duo cõtradictoria concludi, qđ tamẽ non ẽ uer̃. Sed ĩ miſturis,ĩ qbus concluditur propoſitio de ĩeſſe,põt oſtẽtatione ad ĩpoſſibile monſtrari ſeq̃ cõcluſionẽ de contingẽti eiuſdẽ ꝗlitatis & quãtitatis,ſicut patet accipiendo minorẽ neceſſariã & maiorẽ de ĩeſſe in prima figura.Sed illđ contingens accipitur pro poſſibili.propoſitio uero de neceſſario coſimilis ꝗlitatis & quãtitatis,non,ſicut patet miſtura præcedẽti ex propoſitione maiori de ineſſe & minori de neceſſario, & maxime accepta maiore de ĩeſſe,ut nunc. Quare aliter dicẽdum ẽ,ꝙ ĩ oĩ modo ſyllogizãte propoſitionẽ de neceſſario põt ꝑ ĩpoſſibile demonſtrari,propoſitio de ĩeſſe & de contingenti pro poſſibili eiuſdẽ ꝗlitatis & quãtitatis,ratio eſt qa propoſitio đ ineſſe & de poſſibili conſequuntur ad propoſitionẽ de neceſſario.non tamẽ ubi concluditur propoſitio de ĩeſſe ſecudum ſe,non poteſt ꝑ ĩpoſſibile demonſtrari concludi propoſitionẽ de neceſſario,eo quod ad propoſitionem de ineſſe non ſequitur propoſitio de neceſſario.poteſt tamen hoc demonſtrari de propoſitione poſſibili,quæ ad ipſam ſequitur,ſicut diceremus,quod in modis concludentibus uniuerſalem poteſt demonſtrari per impoſſibile eius uniuerſalis particularem concludi,non tamen ẽ cõtrario.Male igitur conceditur demonſtrari per impoſſibilem propoſitionem de neceſſario ſequi ex maiore de neceſſario & minore de ineſſe ,ſicut ſuperius nos ſatis probauimus.negandum igitur abſolute eſt,quod per impoſſibile monſtrari poſſit concluſionem neceſſario ſequi , niſi minor ſit de ineſſe ſimpliciter.Ad aliud autẽ dicitur,quod à ſimili argueretur ad oppoſitum,ſic duabus exiſtẽtibus de neceſ-

ſario colligitur cōcluſio de neceſſario, ergo altera exiſtente de ineſſe colligi debet aliquid minus, & ſimiliter eadē præinducta ratio cōcluderet minori exiſtēte de neceſſario, & maiori de ineſſe. nō ualet igitur argumentū, nam ſi argumentū aliquo modo probabile eſſet, probabilius eſſet, ꝙ aliquid admixtū ex neceſſario & de ineſſe concluderetur, & ſimiliter ex neceſſario & contingenti, quod tamē eſt impoſſibile. ſicut enim ex affirmatiua & negatiua & uniuerſali & ꝑticulari colligitur negatiua & ꝑticularis, & nō aliud mixtū ex ꝑticulari & uniuerſali, uel ex affirmatiua & negatiua. Similiter eſt ratio in mixtōe de neceſſario & de ineſſe. Alias difficultates plurimas in mixtionibus tetigimus in cōmentatione libri prioꝝ.

Tractatus de ſyllogiſmis hypoteticis ſecūdū Auerroim. & increpatio Auicēnæ Alfarabii & Boetii.

ſ Yllogiſmoꝝ hypoteticoꝝ ſiue cōditōaliū genera duo pricipalia ſunt, uidelicet ſyllogiſmus conditiōalis cōtinuus uel cōnexus, & ſyllogiſmus conditōalis diſiūctus ſeu diuiſus. primū genus ſcđm Auerroī biptitur, aut. n. arguitur à poſitione antecedentis ad poſitionē cōſequētis, aut potius è cōtrario à deſtructōe cōſequētis ad deſtructionē antecedētis, & ſic duæ fiūt ſpēs ſyllogiſmorū hypoteticoꝝ cōnexoꝝ. ſecūdū uero genus ſecūdū eūdē Auerroim ī q̄tuor ſecatur ſpēs, aut eni arguimus à poſitōe antecedētis ad deſtructionē cōſequētis, aut è cōtrario à deſtructōe cōſequētis ad poſitionē antecedētis. Et ſic duæ ſpecies habētur. Reliquæ uero duæ hoc modo arguendo à deſtructiōe antecedētis ad poſitionē cōſequētis, aut è cōtrario à poſitiōe cōſequētis ad deſtructionē antecedētis. In his oībus ſyllogiſmis diſtīguēdū ē, aut enī qđ ſupponitur & qđ aſſumitur ē manifeſtū, aut nō. Si tā ſuppoſitū q̄ aſſūptū fuerit māifeſtū probatōe nō egēs, & cōcluſio de ſe erit māifeſta tā ī ſyllogiſmo cōnexo, q̄ ī ſyllogiſmo diſiūcto, ī quo cōtradictio ē ꝑ ſe manifeſta, ut ſi māifeſtū ſit ꝑ ſe ꝑ cōtradictionē, ꝙ mūdus aut ē nouus aut ē antiquus, & ēt aſſūptū fuerit māifeſtū ꝙ nō ē antiquus

& concluſio de ſe manifeſta erit, quod eſt nouus. Eodem modo in connexa cum ſupponitur ueluti manifeſtum per ſe, quod ſi motus ſit, neceſſe eſt naturam eſſe. Et manifeſtum eſt per ſe, quod motus eſt, ergo manifeſtum eſt per ſe naturam eſſe. Negatiue quoque ſi res aliqua per ſe priuatur motu, per ſe etiam priuatur motore, & cognitum eſt per ſe quod res aliqua priuatur motu, notum eſt igitur per ſe quod etiam priuatur motore. Et huiuſmodi ſyllogiſmi ſunt uere ſyllogiſmi hypotetici, ſed per ipſos non certificamur de aliquo quæſito ignoto, propterea quod exiſtente per ſe nota copulatione antecedentis cum conſequente. Et per ſe noto uel antecedente uel conſequente, neceſſe eſt reliquum eſſe per ſe notum, eo quod impoſſibile eſt ſecundum Auerroim præmiſſas ambas in oſtenſione aliqua eſſe per ſe notas naturaliter, ipſam uero concluſionem eſſe ignotam per naturam, poſſunt tamen ſecundum eundem Auerroím plura per ſe nota afferri in oſtẽſione alicuius, quod eſt minus occultum, quam id qnod eſt ignotum naturaliter. Sicut in iductione aſſumuntur, quæ ſunt per ſe nota, ſed quod per ipſam concluditur non eſt ignotum per naturam, ex quo partes aliquæ uniuerſalis quod per inductionem concluditur, ſunt per ſe notæ, quomodo igitur ipſum poterit eſſe ignotum per naturam? Quod ſi dicatur in ſyllogiſmo categorico poſſunt præmiſſæ eſſe per ſe notæ, & concluſio eſſe ignota naturaliter, ita ut interrogati ante prolationem ſyllogiſmi categorici de concluſione nihil prorſus ſciamus reſpondere. Ergo ſimiliter in ſyllogiſmo hypotetico poterit apud nos eſſe certitudo de præmiſſis, eſto quod nulla nobiſcum ſit notitia de concluſione. Rurſus ſyllogiſmus dicitur de ſyllogiſmo categorico & de ſyllogiſmo hypotetico. Et in ſyllogiſmo categorico poſitis præmiſſis duabus concluſio per ſe ſequitur ex neceſſitate & eſt aliud, á præmiſſis, ergo ſimiliter in ſyllogiſmo hypotetico idem eueniet poſita una propoſitione conditionali, reliqua uero categorica. Tertio multa

in ſcientiis declarantur quæſita per ſyllogiſmos hypoteticos puros, quod etiam teſtatur Alfarabius, qui in libro reſolutionis declarauit, quod ſyllogiſmi connexi ſeu conſecutiui, in quibus unum ad alterum ſequitur, ſunt ſyllogiſmi demonſtratiui. Et concludunt concluſiones quæ erant quæſita prima. hoc eſt quæ declarantur primo ex præmiſſis talium ſyllogiſmorum non mediante declaratione alterius quæſiti prius. In ſnia ãt alfarabii ét Auicé.é. Cũ igitur ſyllogiſmus hypotheticus ſit ſyllogiſmus ſicut ſyllogiſmus categoricus, p utrũq; ipſoꝝ poterit declarari quæſitum primũ, dicamus auté nos ad hæc, & primo ad id quod obiectum eſt de ſimilitudine ſyllogiſmi categorici cũ ſyllogiſmo hypothetico, de qbus aliter & aliter é ſentiédũ in hoc quod ambo ſint ex præmiſſis per ſe notis, aliter tamen ſcilicet categoricus certificet per ſe de quæſito ignoto naturaliter per præmiſſas p ſe notas, alter uero. ſcilicet hypotheticus minime, ſed ſemper ſi debeat certificare de quæſito ignoto naturaliter neceſſe eſt, quod ſuppoſitum, uel aſſumptum non ſit per ſe notum, ſed per ſyllogiſmum categoricum notificetur, ratio autem eſt propterea, quod ſyllogiſmi categotici præmiſſæ poſſunt eſſe per ſe notæ, extra compoſitionem ſyllogiſmi categorici, & nondum habere in mente, & cogitatiõe ordiné aliqué ex quo concluſio ſequatur. Sed una per ſe nota ſine ordine ad aliam, & quandó fit compoſitio ex utraque per ſe nota perducunt in noticiam alicuius ignoti naturalitet. In ſyllogiſmo uero hypothetico præmiſſæ ad hoc, ut ex eis ſequatur concluſio non indigent compoſitione, ſed ſi conditionalis propoſitio ſit per ſe cognita eo ipſo quod in ſe continet compoſitionem propter conditionem quam habet copulantem conſequens ipſum cum antecedente non indiget alia compoſitione ſyllogiſtica pro conſecutione eius, quod ſequitur ex eis, propterea quod iam fuerat per ſuppoſitionem explicitum, non ſic autem explicatur concluſio ſyllogiſmi categorici, in aliqua præmiſſarum eius, ut cognitis quomodocunque præmiſſis ſine ul-

la compoſitione,& ordine inter ſe concluſio cognita appare-
at. Sed forte inſtabitur, ex quo enim tam ſub maiore ſyllogiſmi
categorici, quam ſub maiore ſyllogiſmi hypothetici, poſſũt ua-
riæ, & diuerſæ minores aſſumi. & penes hanc uarietatem poteſt
alia, & alia concluſio conſequi, quomodo igitur habita ſuppo-
ſitione tantum ſine habitudine ulla ad aſſumptionem determi
natam non eſt opus compoſitione ſyllogiſtica, dicendum φ
quæcunque concluſio, quæ ſequi poteſt per ſyllogiſmum hy
potheticum ex determinata ſuppoſitione ē explicita in termi-
nis in ipſa ſuppoſitione, quamuis aliquando uarietur qualitas
eius, ſicut quando ex connexa arguimus à deſtructione conſe-
quẽtis ad deſtructionẽ antecedẽtis tamẽ uniuerſaliter, quãdo ar
guimus à poſitõe antecedẽtis ad poſitionẽ cõſequẽtis oĩa prox
ſus ſeruantur. in cõditiõali uero, q̃ non eſt potentia categoricus,
de quo ſtatim audietur ſine ulla compoſitione præmiſſarum,
adinuicem apparet conſequenter ſequela. Sed de hoc amplius
in ſequentibus, pro ſolutione uero aliorum aduertendum ſecũ
dum Auerroim in queſtionibus ſuper libro priorum, quod nõ
omnis ſyllogiſmus, qui formam & figuram habet conditionalis
eſt conditionalis, ſed tantum ille uere conditionalis eſt, qui ha-
bens figuram conditionalis in categoricam reduci non poteſt.
omnis enim, qui poteſt in categoricum reduci, categoricus eſt.
propterea, quod omnium talium actio, & operatio eſt talis qua
lis eſt ſyllogiſmorum categoricorum, quamuis figuram hypo-
theticorum fuerint induti nec concludunt tales ſyllogiſmi
primo, & per ſe inquantum diſpoſitionem conditionalium
habent. Sed quatenus habent potentia figuram categoricam,
& actio eorum eſt actio categorica, quemadmodum ſermo
concludens non habens ordinem figurarum artificialium
eſt categoricus uirtute, quamuis actu talem Formam non
habeat, qui autem ſint ſyllogiſmi hypothetici, qui uirtute ſint
categorici generaliter declarat Auerrois eodem in loco di-
cens, quod hi ſunt qui poteſtate tres terminos continent

in quo reſolui poſſunt more ſyllogiſmorum categoricorum.
Sed rurſus diſcutiamus magis, & partiamur in partes, qui ſint hi
dicentes cum Auerroi ſyllogiſmum omnem conditionalem
continuum eſſe quinque modorum. Nam aut antecedens &
conſequens ipſius connexæ in nullo termino participant, ſi-
cut in hac ſi ſol aſcẽdit dies eſt, cuius antecedẽs nihil continet,
quod repetatur in cõſequente, aut ẽ cõtrario nihil repetitur in
conſequente, quod fuerit prædictum in antecedente. Et ſyl-
logiſmus hypotheticus ex ſimilibus conditionalibus conſtitu
tus eſt pure hypotheticus, nõ categoricus, ex quo in eo non re
periuntur tres termini in potentia. Et hoc idem dicitur de ſyllo
giſmis omnibus hypotheticis diſiũctis, propterea quod nõ cõ
tinent uirtute tres terminos & duas propoſitiones. Et ideo di-
citur, quod nec diſiuncti nec connexi non communicantes
eodẽ termino in connexa dicuntur eſſe uere ſyllogiſmi, qa ſyl-
logiſmus reſoluitur ad duas propoſitiões cõicantes in eodẽ ter
mino. Illi uero uel ad unam propoſitionem tantum reſoluun-
tur uel ad duas non comunicantes in uno & eodem termino.
Et ſecundum ueritatem non reſoluuntur in duas propoſitio-
nes. altera enim ipſarum eſt ipſa concluſio. Nam in ſyllogiſmo
diſiuncto generaliter, & in connexa non communicante in ter
mino accipitur propoſitio una. Et illud quod ex ipſa ſequitur
ſiue concludatur antecedẽs ſiue conſequens ipſius propoſi-
tionis hypotheticæ, deinde ponit propoſitionem ex qua con
cluſio intenta ſequitur. Ex quo patet quod non ſequitur aliqd
niſi ſecundum, quod in ſuppoſitione fuerat ſuppoſitũ. oppo-
ſitum uero contingit in ſyllogiſmo categorico. nam cõſequen
tia in ipſo fit poſt præmiſſas, & non ponitur in ipſis aliqua con-
ſecutio, ſed bene poſt ipſas. Et ideo Ariſtoteles conditionales
ſyllogiſmos appellat ſyllogiſmos poſitiuos, propterea quod
in ipſis conſecutio ponitur, & quemadmodum inquit Boe-
tius. Hypothetici ſyllogiſmi ſicut & propoſitiones hypoteti-

cæ dicunt non alterum de altero, ſicut categoricæ, ſed eſſe alte-
rum, ſi alterum fuerit, uel non eſſe alterum, ſi alterum fuerit, uel
non eſſe alterum, ſi alterum non fuerit, uel eſſe alterum, ſi alte-
rum non fuerit. quomolibet modo facta uariatione inter ante-
cedēs, & conſequens per affirmationem, & negationem, & hi
ſyllogiſmi ſunt magis proprii in libro topicorum propterea, ꝙ
illic, quod concludi debet aliquando prius interrogatur, uel
quia hi ſyllogiſmi non aggenerant ſcientiā. Sed tantum faci-
unt fidem. Nec iſerri pōt eos eſſe ſyllogiſmos quamuis ex ipſis
aliquid ſequatur. proprera quod non omne quod ſequitur, ſe-
quitur per uiam ſyllogiſmi. nam & conuerſio eſſet ſyllogiſmus.
Et ex una propoſitione conſtitueretur ſyllogiſmus ēt extra cō-
cluſionem, ut dicendo ſol aſcendit. ergo dies eſt, hoc autem eſt
falſum. ergo. manifeſtum autem eſt, quod in prædictis ſyllogiſ-
mis hypotheticis nō fit cōſequētia ſyllogiſtica, quod ēt ex hoc
monſtratur, quod quamuis enim poſſibile ſit nos habere de eo
dem ſimul ignorātiam in concluſione & cognitionem in pro
poſitiōibus quemadmodum declaratur in libro priorum, &
in libro poſteriorum. tamen hoc non eſt poſſibile niſi ſecun-
dum quod præmiſſæ cognoſcuntut nō ordinatæ in modo, quo
ex ipſis ſequitur concluſio. Nam ſi ſint præmiſſæ apud nos no
tæ. Et ordo qui eſt inter ipſas notus, figura etiam in qua ordi-
nantur nota, impoſſibile eſt quod ſimul & ſemel in aīa eiuſ-
dem hominis ſit cognitio eiuſdem rei in propoſitionibus &
ignorantia in concluſione, nam ſyllogiſmi natura eſt hæc, ut ex
præmiſſis naturaliter cognitis perducat in cognitionem cōclu-
ſionis naturaliter incognitæ. In ſyllogiſmis autem uere condi-
tionalibus, in quibus antecedens ſcilicet ipſa ſuppoſitio non re
ſoluitur ad duas propoſitiones, impoſſibile eſt, quod ante for-
mam ſyllogiſticam ſint præmiſſæ notæ naturaliter, cōcluſio ue-
ro ſit naturaliter ignota, nam in altera præmiſſarum ſupponitur
conſecutio unius ad alteram. altera uero ex cuius poſitione uel

contradictione ſit, prædicta conſecutio ſit per ſe nota, quum autem conſecutio ſit nota, & unum duorum conſequentium notum, aliud ſimiliter erit notum, nam conſequens eſt ad conſequens relatiuum. Et ſi dicatur unum eſt reliquo notius in iis, quæ inuicem ſeſe conſequuntur, utputa diem eſſe, notius eſt quam noctem non eſſe, reſpondet Auerrois nihil prohibere unum alio eſſe notius, ſed quod unum alio ſit ita notius, ut hoc ſit naturaliter notum, illud uero naturaliter ignotum nõ ẽ admittẽdũ. Et iõ prædicti ſyllogiſmi hypothetici nõ ſũt ſyllogiſmi, q̃a cõcluſio in ipſis nõ poteſt naturaliter eſſe ignota præmiſſis exiſtentibus naturaliter notis, quod tamẽ contingit in ſyllogiſmo categorico. Neq; tamen dicendũ prædictos hypotheticos ſyllogiſmos nihil declarare uel nullius notitiã in nobis gignere ſicut forte nõ nulli putarẽt. modus enim declaratõis eoꝝ eſt talis, qualis eſt modus manifeſtãdi uniuerſalia per particularia ſicut prius dictũ eſt. Manifeſtũ autẽ eſt, ꝙ hic modus eſt per iductionẽ, ꝑ quẽ acquirimus notitiã multaꝝ propoſitionũ primaꝝ nõ tamẽ earũ, quæ primo fuerint nobis naturaliter incognitæ. Et ſic ex prædictis ſyllogiſmis hypotheticis declarantur aliqua ex præmiſſis naturaliter notis, q̃uis quod declaratur ſit aliqualiter minus notum nõ tamẽ naturaliter ignotũ, ſicut ꝑ operationẽ naturæ & animæ deuenimus in cognitionẽ utriuſq;, & etiam ꝙ multa ſunt quæ non habent animã propterea ꝙ in his operationes animæ minime reperiantur. Hæc generaliter dicta ſunt de omni ſyllogiſmo diſiuncto ex utraq; præmiſſarum nota, ac etiam de ſyllogiſmo omni connexo cuius antecedens & conſequens conditiõalis propoſitionis non communicant in aliquo termino, utraque etiam premiſſarum exiſtente nota & conditionali, & quæ ſubaſſumitur categorica. nunquam enim quæſitum ignotum per naturam certificari, ex his poteſt ſiue quæſitum ſit primum, ſiue ſit non primum. Si uero propoſitio conditionalis non ſit per ſe nota uel propoſitio aſſumpta, tunc pro

culdubio ſyllogiſmus hypotheticus nec certificat de quæſito primo quod ſcilicet ē cōcluſio ſyllogiſmi hypothetici, nec de quæſito non primo quod eſt altera premiſſarum eiuſdem. Sed per ſyllogiſmum categoricum hoc fit. Cum igitur hoc ita ſit, ꝙ per ſyllogiſmum hypotheticum non certificamur de quæſito ignoto primo nec de ignoto non primo, ſed per ſyllogiſmum categoricum hoc efficiamus. ſuperfluum eſt in demonſtrationibus, in quibus certificari uere uolumus de quæſito ignoto uti ſyllogiſmis hypotheticis. nam quod poteſt declarari per unū ſyllogiſmum fruſtra per duos ſyllogiſmos declaratur. Si quid autem declaretur per ſyllogiſmum hypotheticum illud imperfecte declaratur ſicut per inductionem, per exemplum, & per diuiſionem. Sed de ſyllogiſmis diſiunctis & continuis nō cōmunicantibus in aliquo termino, hactenus dictum ſit. De his uero, quæ in aliquo termino communicant, eſt deinceps dicēdum, hi autem quadruplices ſunt, primi autem ſunt quorū prædicatum in antecedente eſt ſubiectum in cōſequente. ſicut dicendo, ſi homo eſt animal, aliquod animal eſt rationale, huiuſmodi ſyllogiſmus inquit Auerrois eſt uirtute categoricus in tertia figura, & continet actu unam propoſitionem ſcilicet minorem & concluſionem. Maior uero propoſitio implicite continetur & explicatur hoc modo, omnis homo eſt animal, & omnis homo eſt rationalis, ergo aliquod animal eſt rationale. Similiter ſi angelus eſt rationalis, aliquod rationale nō eſt hō hoc modo nullus angelus eſt homo, aliquis angelus eſt rationalis, ergo aliquod rationale non eſt homo. huiuſmodi igitur ſyllogiſmi non ſunt uere conditionales, ſed ſunt uere categorici, propterea quod reſoluuntur in tres terminos & duas propoſitiones habentes habitudinem ad medium terminum talem, qualem requirit tertia figura, quamuis induant prædicti ſyllogiſmi figuram ſyllogiſmorum hypotheticorum. quod ſi dicatur per hos ſyllogiſmos etiam non certificari de quæſito ignoto, propter eaſdem rationes quas, induximus de

ſyllogiſmo hypotetico continuo non communicãte eius con nexa in aliquo termino in antecedente & in conſequente. Et de ſyllogiſmis diſiunctis omnibus, quod patet, aut eñi utraque præmiſſarum eſt per ſe nota, & ſic concluſio erit per ſe nota, & non ignota naturaliter, aut ſup utrunque ipſarum inducitur ſyllogiſmus categoricus, & ſic per ſyllogiſmum hypoteticum nõ certificamur de quæſito primo, niſi præinducto ſyllogiſmo categorico ad probationem præmiſſarum dicendum quod prædictæ eædem rationes concludunt quod quatenus formam ſyllogiſmi hypotetici habent, non certificant de quæſito, quia & ipſi habent in præmiſſis illationem ſeu conſecutionem, quæ tantummodo ad concluſionem eſt ponenda. Sed quatenus tres terminos continent uirtualiter, ĩ quibus forma categorici ſyllogiſmi exiſtit de quæſito certificant. Sicut etiam ſermo inordinatus, de quo prius dictum eſt. Secunda autem ſpecies propoſitionum connexarum eſt quando idem eſt ſubiectum in antecedente & in conſequente eiuſdem. ſicut dicendo ſi homo eſt animal, homo eſt ſubſtantia, huiuſmodi autem propoſitiones aliquando ſunt uirtualiter, una propoſitio categorica aliquando continet uirtutem ſyllogiſmi categorici, exemplum primi eſt dicendo, ſi ſunt duo trianguli cõtinui, ipſi ſunt æquales, quæ æquiualet huic propoſitioni categoricæ, omnes trianguli continui ſunt æquales. Exemplum ſecundi ſicut dicendo. Si iſte homo eſt anhelans iſte homo uiuit, qui in ſyllogiſmum categoricum primæ figuræ reſoluitur hoc modo. Iſte homo eſt anhelans. & omne anhelans uiuit, ergo iſte homo uiuit. Ratio autem quare aliquando eſt uirtute una propoſitio categorica, aliquando autem unus ſyllogiſmus categoricus eſt, quia aliquando connexa explicatur in terminis ſingularibus ex quibus extrahitur propoſitio uniuerſalis, ex qua cum propoſitione ſingulari per ſyllogiſmũ categoricũ de ipſo ſingulari aliqđ concluditur. Aliquando uero cõnexa ipſa explicatur ĩ termĩs uniuerſalibus ſine aliq̃ determinatõe ꝑticularitatis, ſed ẽ cũ præ

dicato antecedẽtis exiſtente determinatiõe ſubiecti eiuſdẽ ipſi us antecedẽtis, & talis propoſitio hypotetica uirtute tãtũmodo eſt una propoſitio categorica, queadmodũ dicẽdo. Si duo triãguli ſũt cõtinui, ipſi ſunt æquales. ubi ſubiectũ eſt terminus uniuerſalis ſine determinatiõe pticularitatis, & prædicatũ antecedẽtis eſt determinatio eiuſdẽ ſubiecti. & iõ tantũdem eſt, ac ſi diceretur, oẽs triãguli cõtinui ſunt æquales. Vbi uero in antecedente ſumeretur nota pticularitatis ex pte ſubiecti, tũc talis propoſitio cũ eo qđ aſſumitur ꝯtineret uirtutẽ ſyllogiſmi categorici. ſic dicẽdo. ſi aliqui duo triãguli ſunt cõtinui, ipſi ſũt æquales, & reſoluitur ſic, oẽs duo trianguli cõtinui ſũt equales, aliq duo triãguli ſũt cõtinui. ergo ſũt æquales. Si uero prædicatũ antecedẽtis nõ poſſit eẽ determinatio ſubiecti eiuſdẽ, ſicut dicẽdo, ſi hõ eſt aĩal, hõ eſt ſubſtãtia, quia aĩal nõ põt hominẽ determinare, q̃uis hæc cõnexa in terminis uniuerſalibus explicetur, nõ eſt tantum una propoſitio categorica, ſed cũ aſſumptiõe uirtutẽ cõtinet ſyllogiſmi categorici, ut patet, hoc modo facta reſolutiõe. Omne aĩal ẽ ſuƀa, hõ eſt aĩal, q̃ et in ſyllogiſmo hypotetico aſſũptio fuerat infertur, ergo homo eſt ſubſtãtia idẽ penitus ſi antecedẽti ſignũ pticulare fuiſſet appoſitũ. Vbi uero in hac eadẽ cõnexa uelimus arguere ex oppoſito cõſequẽtis ad ĩferẽdũ oppoſitũ antecedẽtis, inqt Auerrois ꝙ uirtus huius hypotetici ſyllogiſmi eſt uirtus ſyllogiſmi ducẽtis ad ĩpoſſibile, quod hoc mõ mõſtratur, ſeq̃tur enĩ ĩ uirtute ſyllogiſmi categorici, ſi hõ eſt aĩal, hõ eſt ſubſtãtia. Sed hõ eſt aĩal, ergo hõ eſt ſubſtãtia. Si uero habita cõcluſiõe dicatur, hoc aũt eſt falſũ: hõ eſt ſubſtãtia, ergo illud ex quo ſequitur, uidelicet ꝙ hõ ſit aĩal. Tũc arguemus ſic, ſi hõ eſt aĩal, homo ẽ ſubſtãtia. Sed hõ nõ eſt ſubſtãtia, ergo hõ nõ ẽ aĩal. facto ſyllogiſmo expoſitiõe antecedẽtis ad poſitionẽ cõſequẽtis, & reſoluto eodẽ in ſyllogiſmũ categoricũ dicemus, oẽ aĩal ẽ ſuƀa, hõ ẽ aĩal, ergo hõ ẽ ſubſtãtia, cuius dato oppoſito, hõ nõ ẽ ſubſtãtia, arguemus ſic, oẽ animal ẽ ſubſtãtia, ſed hõ nõ ẽ ſubſtãtia, ergo hõ nõ ẽ aĩal, in hũc igitur ſyllogiſmũ, qui eſt ſecundæ fi-

guræ per impoſſibile reſoluitur ſyllogiſmus hypoteticus ex de-ſtructione conſequentis inferens oppoſitum antecedentis, uel abſolute dicere poſſumus ꝙ talis ſyllogiſmus reſoluitur imme-diate in ſyllogiſmum categoricũ ſecũdæ figuræ ſicut i præindu-cto exẽplo licet inſpicere, quare patet, ꝙ illa cõnexa, quæ reſol-uitur in duas propoſitiones, ſi ex ipſa fit ſyllogiſmus, cõtinet uir tutem ſyllogiſmi categorici. Si uero nõ reſoluatur ĩ duas propo ſitiones, ſed in unã categoricã tãtũ, ſi facta aſſũptiõe fiat ſyllogiſ-mus hypoteticus, proculdubio talis ſyllogiſmus (iqt Auerrois) eſt uere cõditiõalis. ut dicẽdo. Si duo triãguli ſunt cõtinui, ip ſi ſũt æquales, ſed aliqui duo triãguli ſũt cõtinui, ergo ſũt æquales nã opus eſt ei ſyllogiſmo categorico ſemp, uel ad propoſitionẽ uel ad aſſũptionẽ, aliter p ipſam nunq̃ certificaretur quæſitum ignotũ. Quod ſi qs dicat, accipio propoſitionẽ categoricã uni-uerſalẽ, cui æquiualet dicta cõditiõalis, & ex ipſa cũ aſſumptiõe facio ſyllogiſmũ categoricũ hoc mõ, oẽs duo triãguli continui ſunt æquales, iſti triãguli ſunt continui, ergo iſti ſũt æquales, hic ſyllogiſmus ẽ categoricus, ergo hypoteticus, q huic æquiualet, uirtutẽ cõtinet categorici, dicẽdũ ꝙ nõ p omnẽ ſyllogiſmũ ca-tegoricũ certificatur de quæſito, ſed p eum tãtũ, q certas cõtinet propoſitões, qui uero alicuius præmiſſæ probatione ĩdiget, hic profecto nõ certificat de quæſito, ſed qui ex præmiſſis demon-ſtrat certitudinẽ habẽtibus, propterea autẽ dicitur ſyllogiſmus ille hypoteticus eſſe uere hypoteticus, quia licet æquiualeat ſyl logiſmo categorico. Ille tamẽ categoricus nõ habet præmiſſas per ſe notas ſed probatione indigẽtes, & nomẽ hypotetici de il lo etiã, qui habet formã categoricã, dici poteſt, propterea ꝙ con cludit, ſi premiſſæ ſint ſuppoſitæ, quas tamen ſupponi non eſt neceſſarium, cum demõſtrari poſſint. Et ideo ſuperius diceba-mus, ꝙ ubi prædicatum antecedentis in connexa poteſt eẽ de-terminatio ſubiecti eiuſdem antecedentis in connexa habente idem ſubiectum antecedentis & conſequentis, talis propoſitio æquiualebat uni categoricæ, quam nũc dico non eſſe per ſe no

tā, propterea q̄ prædicatum in ipſa eſt paſſio, quæ de ſubiecto demonſtrari poteſt. Aequalitas.n. triāguli continui proprietas eſt. de ipſo triāgulo demonſtrabilis. Syllogiſmi uero hypotetici qui uirtutē continent categorici. Et uere categorici ſunt, ſemper continēt propoſitionē, quæ eſt per ſe nota, eo q̄ prædicatū eſt de eſſentia ſubiecti, & non eſt dubium ipſos certificare de quæſito ignoto, eo q̄ ex præmiſſis per ſe notis fiunt, ut dicēdo ſi homo eſt animal, homo eſt ſubſtātia, ſed homo eſt animal, ergo homo eſt ſubſtantia, qui ſyllogiſmus in categoricum p ſe notum, ſic reſoluitur, omne animal eſt ſubſtantia, omnis homo eſt animal, ergo omnis homo eſt ſubſtantia. in quo præmiſſæ uidētur eſſe per ſe notæ, & ideo certificant de quæſito, ſi ſit ignotum, eodem modo dicatur de aliis ſyllogiſmis hypoteticis, qui uirtutem habent ſyllogiſmorum categoricorum. Tertia ſpecies ſyllogiſmorum hypoteticoꝝ eſt, cuius connexa habet idem prædicatum in antecedēte & in conſequēte. Sed hæc duplex exiſtit, aliqua.n. tātummodo eſt de eē ſecundo adiacēte, tam i antecedente q̄ in cōſequente, aliqua uero de eē adiacēte tertiū, de utraq; uero diſſeramus. Et de ea qdem quæ eſt de prædicato, qđ eſt eſſe tātum, qa nō reſoluitur ad duas propoſitōes & tres terminos, dicimus q̄ uere ex ea fit ſyllogiſmus hypoteticus, & uirtus ipſius cōnexæ eſt uirtus unius propoſitōis categoricæ tātum, ut ſi dixero, ſi hō eſt, aīal eſt, ſed hō eſt, ergo aīal ē, maior āt æqualet huic, q̄ eſt, ois hō eſt aīal, q̄ q̄uis ſit p ſe, id tamen quod aſſumitur nō eſt p ſe, hæc enī nō eſt p ſe, hō eſt, ſiqdē eſſe accidit oī eētiæ præter priæ ut alibi demōſtratur, uel ſaltē ſi ſit p ſe. nō ē propoſitio p ſe primi modi. Illa uero q̄ eſt de eſſe adiacente tertiū, ſecundum Auerroi cōtinet uirtutē ſimilitudinis uel enthymematis, ſicut dicēdo ſi luna eſt ſpericæ figuræ & ſol ē ſpericæ figuræ. ad id ār reſoluitur ſyllogiſmus hypoteticus factus ex tali connexa, ad qđ reſoluitur uel ſimilitudo, uel enhymema. Addit āt Auerrois iā declaratū eē q̄ enthymema reſoluitur i duos ſyllogiſmos categoricos, exiſtimo, q̄ uelit dicere Auerrois, hoc qđ dicitur

in fine ſecundi libri ptiorum ꝙ tale enthymema uel ſignum reſoluitur ad formam ſyllogiſmi primæ figuræ inſolubile, aut ad formã ſyllogiſmi tertiæ ſolubilẽ, ſed uerum. nã in ſecunda figura ſemp enthymema eſt ſolubile nõ ueꝝ, ſyllogiſmus igitur hypotheticus de eodẽ prædicato in antecedẽte & cõſequẽte ipſius propoſitõis cõnexæ nõ eſt uere ſyllogiſmus hypotheticus, ſed eius tãtũmõ formã habet. Sed hoc clarius intelligetur uiſo ſecũdo libro prioꝝ. Quod aũt inqt Auerrois in ſpecie cõnexaꝝ eiuſdẽ prædicati in antecedẽte & ĩ cõſequẽte eſſe, quæ æqualeant uni propoſitõi categoricæ, ſicut dicẽdo, ſi rex bonus eſt, ciuitas ẽ bona, credo ꝙ uirtus huius ſyllogiſmi hypothetici, ſed rex eſt bonus ergo ciuitas eſt bona, reſoluatur in hãc ſolã cathegoricã propoſitionẽ, quæ eſt rex bonus facit ciuitatem bonam. Quarta uero ſpẽs eſt cuius ſubiectũ antecedẽtis eſt prædicatũ ĩ cõſequẽte, ut ſiquis dicat, ſi ratiõale ẽ illud qđ cognoſcit. etiam Angelus eſt ratiõalis. Et dicẽdo ſi propheta ſit ille in quo ẽ ſolicitudo ſeu prouidẽtia, Mahumetus eſt propheta, tũc ſi utraq; ſit affirmatiua, uirtus eius nõ habet figurã cathegorici ſyllogiſmi neceſſarii, propterea ꝙ æqualet ſyllogiſmo irregulari ex duabus affirmatiuis in ſecũda figura, Si aũt cõſequẽs fuerit negatũ. tunc uirtus talis ſyllogiſmi ẽ uirtus ſyllogiſmi cathegorici in ſecũda figura neceſſarii, ut dicẽdo ſi propheta hẽt' ſolicitudinẽ & curã Meſuluman nõ ẽ propheta, & reſoluitur ſic, propheta hẽt ſolicitudinẽ, Meſuluman nõ hẽt ſolicitudinẽ ergo Meſulumã nõ ẽ propheta. Similiter erit ſyllogiſmus ſi ãtecedẽs fuerit affirmatiua cõuertibilis, ex affirmatiuis. n. cõuertibilibꝰ ẽ ſyllogiſmus ĩ ſecũda figura. In prædictis ãt oibus ſpẽbus cõnexaꝝ nõ neceſſe ẽ ſp cõnexã ipſã eẽ p ſe notã, poſtremo addit Auerrois ꝙ aliq̃ cõditõalis, ẽ q̃ eoſdẽ prorſus termios hẽt ĩ ãtecedẽte & ĩ cõſequẽte ſed ordie pmutato, ſicut ẽ cõuerſio uniuerſalis negatiuæ ĩ terminis, dicẽdo ſi nullus lapis ẽ hõ nullus hõ, ẽ lapis, q̃ ueræ cõdictionalis, ẽ eo ꝙ nõ reſolui põt ĩ tres termios & ĩ duas propoſitões, quæ formam ſyllogiſticã efficiant. Et talis cõnexa cuius antece-

dens & conſequens eiſdem prorſus terminis participāt. Sed p mutato ordine probatione indiget.& non eſt de ſe manifeſta. & uere ſyllogiſmum hypotheticum conſtituit, ſicut de illa dicebatur, cuius antecedens & conſequens in nullo termino cōmunicabant.& ſimiliter quacunque alia conuerſa dicatur. Ariſtoteles igitur in libro priorum non multum de ſyllogiſmis hypotheticis pertractat. propterea quod aut nō decertificant de quæſito uel in uirtute ſyllogiſmi categorici hoc faciunt, quare ſuperfluum eſt uti ſyllogiſmis hypotheticis ad uiam demōſtratiuam, ad quam ordinatur tota tractatio ſyllogiſmorum. Aduertendum tamen ſecundum Alfarabium, quod nota conditionalis determinat dubitationem ſupra id, quod replicatur. Et puto quod uelit dicere, quod hæc nota ſi licet nō certificet de antecedente, certificat tamē de conſequente & ſupra antecedens indiget probatione. Sed repetamus, quæ diximus omnia generaliter dicta de hypotheticis ſyllogiſmis, & dicamus, quod aliq eorum ſunt uere ſyllogiſmi categorici. Et quidam ſunt propoſitiones categoricæ per ſe notæ, & quidam ſunt, ſicut declaratōnes quædam rerum minus notarum per magis nota, nō quidē quod ea, quæ ſunt minus nota ſint naturaliter ignota, & certificentur per alia tanquā per ſe nota, Et eo modo declarant, ſicut facit inductio, & quæ uocatur diuiſio. Aliqui uero ſunt uere ſyllogiſmi conditionales. Et Alfarabius inquit. Auerrois non uoluit eum eē ſyllogiſmum cōditionalem, qui maiorem & aſſumptionem haberet manifeſtam, propterea ꝙ etiam ſecundum ipſum concluſio fuiſſet ſecundum ſe manifeſta. Auerrois autē quia non ita dignificat ſyllogiſmos conditionales, ſicut facit Alfarabius, dicit ipſum eſſe uere ſyllogiſmum cōditionalem, propterea, ꝙ nō certificat de quæſito naturaliter ignoto, ſed de eo quod iam notum eſt cōcludit. quamuis non ſit forte ita notū. Alfarabius uero uoluit ſyllogiſmos cōditionales quatenus cōditionales ſunt certificare poſſe de quæſito ignoto naturaliter. Et in hoc tanquā in principio cōuenit Auicēna qui ulterius di-

xit quando contigerit connexionem eſſe per ſe notam, & ſimi liter aſſumptum, quod reiteratur etiam eſſe per ſe notum, tunc non debemus aſſumptionem explicare. propterea ꝙ ratio ipſa faciliter cogitat id, qđ aſſumitur, & reiteratio eius ſignificatur per ipſam connexionem, maxime quādo fuerit per ſe notum. Secus uero quando non per ſe notum erit. Contra dictū hoc Auicēnæ multipliciter inſtat Auerrois, quia ſi uelit Auicenna, ꝙ connexio ipſa per ſe ſignificet prima ſignificatione ſupra aſ ſumptum, quod reiteratur, hoc proculdubio eſt falſum. natura enim cōnexionis in ſe eſt alia à natura eius, cui ipſa connexio ad uenit, cui accidit fieri magis in his, quam in illis terminis, non igi tur per ſe habet ſignificare ſuper id, cui accidit ipſam addi. Iphs quoque terminis accidit, ꝙ aliqua cōnexione cōnectantur. Et ſi forte dicat Auicenna intelligere ſe hoc modo, ꝙ cum con nexio ipſa actu cognoſcitur ab intellectu, quod tunc etiam ab itellectu actu cognoſcitur id, quod per ipſam cōnexionē con iungitur. id autem, quod reiteratur tali connexione coniungi tur, & ideo non oportet ipſum reiterare. Contra hoc arguit idē Auerrois, quia ſequeretur, quod cōnexio ipſa apud intellectū eſſet magis nota, quam id, quod per ipſam connexionem con nectitur, ex quo ipſa cognita, & quod per ipſam connexum fue rit etiam cognoſcitur, & eſt cauſa cognitionis illius ſecundum intellectum Auicennæ. Et rurſus ſequeretur, quod illud, quod connectitur poſt modum non eſſet neceſſe reiterare, & ex quo eſt cauſa concluſionis, quæ concluditur, eſſet illa notius, quam uis ſibi connecteretur in antecedente. Et ſic ſequuntur duo in conuenientia hanc reſponſionem, primum ꝙ ipſa connexio, quæ eſt relatio, eſſet notior duobus cōnexis, quæ relatiua ſunt. ex quo eſt cauſa cognitionis utriuſque ſecundum ꝙ unum rela tiuum eſſet magis cognitum quam alterum. imo unum cogni tum & alterum incognitum. Et poteſt addi inconueniens terti um, quia ſupponentibus nobis ſecundum hāc reſponſionem quod connexio per ſe nota daret eſſe eius, quod per ipſam con

nectitur per ſe notum.ſequeretur,quod impoſſibile eſſet in ali qua connexa cónexionem ipſam eſſe per ſe notam.& id,quod connectitur non eſſe per ſe notum. Et ſic non oportuiſſet Auicennam diſtinguere connexam connexionis notæ habentem id,quod reiteratur per ſe notum ab ea,quæ illud habet ignotũ. Si uero ſeipſum excuſet dicens, quod connexio non dat id, quod connectitur non debere reiterari,quando ipſum fuerit p̄ ſe notum,non autem quando fuerit ignotum,tunc ipſa connexio ponit reiteratam per accidens. Et hoc non poteſt aſſignari pro efficaci cauſa,quare exiſtente connexione nota,& illud,q̄d per aſſumptionem reiteratur,notum non erit ſyllogiſmus. Sed potius ratio efficax erit illa,quam prædiximus,ſcilicet quia impoſſibile eſt ut connexio ſit nota & aſſumptum notum.& non ſit concluſio per ſe nota. Sermo igitur Auicennæ totus eſt ſophiſticus,putauit enim poſſibile eſſe,ut cóiunctio duarum rerum ſit per ſe nota & altera ipſarum ſit per ſe nota,& tamen quod illi coniungitur non eſſe per ſe notum,quod tamen eſt falſum. Et ut inquit Auerrois in fine abominationis,propterea quod quá do unum coniunctorum fuerit per ſe notum, & reliquum de neceſſitate erit per ſe notum. Motus autem Auicenna ad hunc erroré,propterea quod ipſe argumentatus eſt arguméto,quod neſciuit ſoluere. Sequeretur enim inquit ipſe,quod niſi cũ noticia connexionis & noticia alterius partis ſtaret ignorantia alterius partis ipſius connexæ,quod nihil eſſet ignotum naturaliter; propterea quod ſi aliquid eſſet ignotũ naturaliter maxime eét, quod per ſyllogiſmum categoricũ certificatur. Sed illud non poteſt eſſe ignotum naturaliter,nam præmiſſæ eius ex quo certificát de q̄ſito ſunt notæ naturaliter,& cónexio ipſarũ ēt é nota naturaliter,& cóclusio eét nota naturalitet,& nó ignota ſicut dicebatur. ergo iq̄t Auicéna,neceſſe é dicere,q̄d cónexióe cognita & cũaſſũpto cognito ſtat ignorátia alterius continuati cũ aſſumpto in ipſo antecedente. Sed iſte homo deceptus eſt, credidit enim, quod cum noticia præmiſſarum ſtaret ignorantia

concluſionis , ſi præmiſſæ fuerint ordinatæ ordinatione ſyl-
logiſtica . poſſibile enim eſt, quod inordinatæ præmiſſæ co-
gnoſcãtur non cognita concluſione, quia præmiſſæ non ſunt
compoſitæ compoſitiõe ſyllogiſtica. & quemadmodum ſub
tiliter inquit Auerrois. Illatio ipſa uel, ut ipſe dicit conſecutio
in ſyllogiſmo categorico ſimul habetur cum concluſione, &
ſimul ſciuntur, & ſimul ignorantur, & utraq; eſt effectus ſyllogiſ
mi categorici concludentis ex præmiſſis naturaliter notis. Syllo
giſmus uero conditionalis ſupponit illationem hãc, & ideo cũ
ipſa nota fuerit, & aſſumptum per ſe notum, nec concluſio po
teſt eſſe naturaliter ignota. Et rurſus in ſyllogiſmo categorico il-
latio nõ eſt abſolute per ſe nota, nec etiam in prima figura, licet
in hac ipſa ſit illatio per ſe nota ex propoſitionibus, quaſi effe-
ctus ipſarum propoſitiõum. In ſyllogiſmo uero hypothetico
continuatio ipſa non naſcitur ex propoſitionibus. ſed ſi ſit no-
ta, ẽ p ſe nota. dãnat ãt Auerrois libros logicales Auicénæ, & præ
cipue librum, qui inſcribitur alſafa. Sed reuertamur nos ad pro
poſitum, & dicamus, ꝙ propoſitionum conditiõaliũ aliæ ſunt
ſimplices, & ſunt illæ quæ uirtutem non habẽt categoricã. Quæ
dam uero ſunt non ſimplices, & ſunt illæ quæ uirtutem habent
ſyllogiſmi categorici. Hoc ſuppoſito inquit Auerrois, quod
non eſt difficile cognoſcere, quæ uoluit Auicéna dicere de ter
tia ſpecie ſyllogiſmorum, quos appellat cõpoſitiuos, & quod
hæc ẽ ſpecies diſtincta tam à ſyllogiſmis categoricis, quam à ſyl-
logiſmis hypotheticis, propterea ꝙ ſyllogiſmi categorici ſunt
ex propoſitionibus categoricis. ſyllogiſmi hypothetici ex pro
poſitionibus hypotheticis. Syllogiſmi uero compoſitiui ſunt
compoſiti ex propoſitionibus categoricis, & propoſitionibus
hypotheticis, ſiue ex una categorica, & altera hypothetica. Et
quẽadmodũ ſyllogiſmi categorici concludunt quæſita catego
rica, ita ſyllogiſmi hypothetici concludunt quæſita hypotheti-
ca. In ſcientiis enim utrunque quæſitum quæritur tam categori
cum quam hypotheticum. Dicamus autem de ſyllogiſmis cõ-

poſitiuis, quod & ipſi ad ſimilitudinem ſyllogiſmorum catego ricorum habent tres figuras. Et ſiquidem ipſi ſunt uere categorici, quemadmodum exiſtimauit Auerrois, idem eſt dicẽdum. ſi enim, quod eſt prædicatum in antecedente præmiſſæ conditionalis, fuerit ſubiectum in conſequente, tunc eſt prima figura ſyllogiſmorum compoſitiuorum. Si uero idẽ terminus ſit prædicatum in antecedente, & in conſequente erit figura ſecunda eorũdem compoſitiuorum ſyllogiſmorum, Si uero ſubiectũ utriuſque, erit proculdubio figura tertia. Et ulterius addit Auicenna, quod quemadmodum ſyllogiſmi compoſitiui diuidũtur in tres figuras, ſicut ſyllogiſmi categorici. Seruant etiam ea, quæ ſeruant ſyllogiſmi categorici circa quantitatem, & circa q̃litatem nam inter propoſitiones hypotheticas aliquæ ſunt uniuerſales, aliquæ particulares, & rurſus aliquæ affirmatiuæ aliquæ negatiuæ, ſicut etiam propoſitiones categoricæ. Sed quia propoſitio categorica non aliter diuiditur in modos conſtituentes ſyllogiſmum. propoſitio uero hypothetica diuiditur, ideo adhuc plures ſpecies ſunt ſyllogiſmorũ compoſitiuorum, uel conditionalium, quam ſint ſpecies ſyllogiſmorum categoricorum, ſyllogiſmi quidem compoſitiui multiplicãtur, propterea quod poſſunt eſſe ex propoſitõe conditionali cõtinua, & propoſitione diſiuncta. Et ſic ſyllogiſmi compoſitiui erũt duplũ ad ſyllogiſmos categoricos. Et ſi ulterius uoluerimus, poterimus uariare dicendo, quod in ipſis poteſt eſſe categorica maior, conditionalis uero minor, uel ẽ contrario. Et eodem modo de ſyllogiſmis hypotheticis imaginatur. quidam enim ſyllogiſmus hypotheticus componitur ex duabus conditionalibus connexis; quidam ex duabus conditionalibus diſiunctis, alius uero ex diſiuncta & connexa. Et hic diuiditur in duas ſpecies. aut enim diſiũcta eſt maior, & cõnexa minor, aut ẽ cõtrario cõnexa maior, & diſiũcta mĩor. Et breuiter conatur Auicẽna proprietates omnes propoſitionis categoricæ, de quibus pertractauit Ariſtoteles in libro περὶ ἑρμηνείας propoſitiõibus conditi

onalibus attribuere. & demum concludit aliam ſpeciem ſyllogiſmorum eſſe ſyllogiſmos compoſitiuos à ſyllogiſmis categoricis, quamuis proprietas figuræ eorum ſit proprietas figuræ categoricæ. De ſyllogiſmis uero conditionalibus compoſitis ex utraque conditionali dicamus, quod ſi ſit compoſitum ex utraque conditionali continua ſeu connexa, quod hoc contingit quinque modis in prima figura. nam aut ſyllogiſmus componitur ex duabus propoſitionibus conditionalibus connexis non ſimplicibus, utpote, quæ reſoluantur i duas propoſitiones, & tres terminos. Et tunc recte dicit Auerrois, tales ſyllogiſmos eſſe uirtualiter duos ſyllogiſmos categoricos. ex quo prædictum eſt, quod conditionalis non ſimplex reſoluitur in ſyllogiſmum categoricum, duæ igitur in duos ſyllogiſmos categoricos reſoluentur, quemadmodum dicendo. Si hoc, quod apparet, eſt homo, ipſum ẽ animal. Et ſi ipſum ẽ animal ipſum eſt ſentiens. In quibus duabus connexis duplex minor, ut duplex concluſio duorum ſyllogiſmorum categoricorum eſt explicita. Et maior in utroque innuitur hoc modo, oĩs homo eſt animal, hoc quod uidetur eſt homo ergo hoc quod uidetur eſt animal. & omne animal eſt ſentiens hoc quod uidetur eſt animal. ergo eſt ſentiens. Et in tali ſyllogiſmo habẽte formam ſyllogiſmi conditionalis, quæſitum eſt categoricum & ꝑ duos ſyllogiſmos categoricos eſt certificatum, quare ille non debet poni alius in ſpecie à ſyllogiſmis categoricis. Si uero ſyllogiſmus figuræ conditionalis fuerit compoſitus ex præmiſſis conditionalibus connexis, & ſimplicibus, hoc eſt, quæ non reſoluantur in duas propoſitiones, & tres terminos, eſt aliter ſentiendum, & multipliciter etiam diſtinguendum. Nam iſte ſyllogiſmus eſt quadruplex. aut enim eſt notæ cõtinuationis, uel cõnexionis, ignotus autem in eſſe, & ſic ſyllogiſmus factus ex duabus conditõalibus. Aequiualet ſyllogiſmis duobus compoſitiuis compoſitis ex cõditionali, & categorica. Exempli gratia dicendo, ſi ſol aſcendit, dies eſt, ſi dies eſt, ſtellæ non apparent, re-

ſoluitur hoc modo. Si ſol aſcendit dies eſt, ſed ſol aſcendit ergo dies eſt. Et rurſus ſi dies eſt, ſtellæ non apparent, ſed dies eſt, ergo ſtellæ non apparent, in utroque horum ſyllogiſmorum minor non eſt de ſe nota, ſed per ſyllogiſmum categoricum probari debet. nam ſi eſſet per ſe nota, cum cõnexio etiam ſupponatur per ſe nota: & id quod concluditur eſſet per ſe notum, ut ex prioribus patet, ſimiliter uero ſi è contrario ſit cõnexio ignota, eſſe uero notum (quum iam dictum ſit quod ſyllogiſmus ex talibus eſt uere conditionalis) tunc etiam ſunt uirtute duo ſyllogiſmi ex iis quos Auicēna appellat compoſitiuos, qui nõ certificant de quæſito niſi per duos ſyllogiſmos categoricus eorũdem connexio probata fuerit. Similiter etiam, ſed propoſitiones connexæ fuerint ignotæ, quo ad cõnexionem, & quod eſſe reſoluuntur in ſyllogiſmos compoſitiuos, quibus erit opus probatione per ſyllogiſmum categoricum tam ad connexionem quam ad eſſe. Vltimo uero ſi coniungantur in ſyllogiſmo conditionali propoſitiones duæ conditionales, & notæ continuationis, uel cõnexionis, & notæ quoad eſſe, tunc proculdubio talis ſyllogiſmus conditionalis concludit conditióem cõditióalem nec propterea differt a ſyllogiſmo categorico, ut patet de conditionali hoc modo concludente. Si fuerint duo latera unius trianguli equalia duobus lateribus alterius, & anguli contenti in duobus lateribus æquales, tunc duo trianguli ſunt æquales per has conditionales, ſi ſunt duo trianguli continui, ipſi ſunt æquales, & ſi ſint duo triãguli, quorum duo latera unius duobus lateribus alterius ſunt æquales, & angulus contentus à duobus lateribus æqualis ipſi ſunt continui, ergo ſi ſunt tales duo trianguli, ipſi ſunt æquales, talis inquam ſyllogiſmus ex duabus cõditõalibus cõnexis cõditõalem connexã cõcludẽs. non differt à ſyllogiſmo categoricos propterea ꝙ iam dictum ſuperius eſt, quod tales conditionales non differunt à præpoſitionibus categoricis, Ergo à ſimili conditionalis ſyllogiſmus nõ habebit differẽtias à ſyllogiſmo cathegori-

co in uirtute, & reſoluetur prædictus ſyllogiſmus conditionalis in hunc categoricum, qui eſt, omnes trianguli continui ſunt æquales, & omnes triãguli, quorum duo latera unius ſunt æqualia, &c. ſunt cõtinui, ergo ipſi ſunt æquales, qui ſyllogiſmus ſine ulla dubitatione eſt categoricus. non differt igitur ille, qui per conditionalem proferebatur figuram ab iſto, niſi in modo orationis, & non eſt neceſſe, quod dicatur habere aliam ſpeciem à categorico. Nam (ut dicit Auerrois) colligitur quæſitũ primũ, de quo eſt intẽtio certificari, quod eſt quæſitum categoricum. Et hoc tam in ſyllogiſmo categorico, quam cõditionali. Et quãuis aliqua, quæ ſi ſint conditionalia, utputa cum factus eſt ſyllogiſmus conditionalis primo & per ſe de concluſione categorica, deinde dubitatum fuerit de propoſitione connexa, quæ in tali ſyllogiſmo conditionali ſumitur, dicimus uerum eſſe, quod connexio talis poteſt certificari per ſyllogiſmum categoricum. Sed tunc eius connexa habebit uirtutem propoſitionis categoricæ, & hoc cum fuerit probata. Ita ut abſolute dicamus, oīs ſyllogiſmus conditionalis tam notæ connexionis per ſe, & noti eſſe quam notæ connexionis, & noti eſſe per ſyllogiſmum categoricum, ipſe eſt in uirtute categoricus, & eius concluſio, quãuis habeat modum conditionalis, ſimiliter in uirtute eſt categorica. Et talis ſyllogiſmus ſic notus, quo ad iſta duo poteſt proferri, & p figurã categoricã & p figurã cõditiõalẽ. Si uero (iqt Auerrois) cõnexio fuerit p ſe nota, eẽ uere ignotũ põt dici, quod nõ eſt uirtus eius uirtus propoſitiõis categoricæ. exempli gratia, dicendo, ſi chimæra eſt, ipſa eſt animal compoſitum ex pluribus animalibus, ſi enim poſuerimus connexionem per ſe notam, eſſe uero ignotum impoſſibile erit, prædictam propoſitiõem reſoluere in categoricam dicendo, omnis chimæra eſt animal cõpoſitum ex pluribus animalibus. Secus uero ubi & connexio eſt nota, & eſſe, ut ſi homo eſt, animal ẽ, quæ reſoluitur in hãc, oīs homo eſt animal. Et ulterius addit Auerrois, quod tales propoſitiones notæ continuationis, & ignoti eſſe, quãuis uideãtur cõ-

cludi per ſyllogiſmos categoricos, uel cõditionales, tamẽ ipſæ non ſunt categoricæ uel conditionales, propterea quod illud, quod concluditur tam per ſyllogiſmum categoricum, quam ꝑ ſyllogiſmum conditionalem eſt concluſio categorica. Et conſequenter neceſſe eſt dicere, quod ille ſyllogiſmus, per quem concluditur propoſitio conditionalis, non eſt directe uel ſyllogiſmus categoricus, uel ſyllogiſmus conditiõalis, & maxime quum non ſit propoſitio categorica, uel in actu, uel in potentia, & (ut inquit Auerrois) quæſita talia conditionalia non uidẽtur eſſe quæſita prima intentione. Sed Auicenna qui concedit, quod quælibet propoſitio conditionalis eſt uirtute categorica, & in categoricam reſolui poteſt, neceſſario habet dicere, ꝙ ſyllogiſmus compoſitus ex propoſitionibus conditionalibus non eſt alius uirtute à ſyllogiſmo categorico, unde nõ differt ab eo in materia, cum eadem ſit propoſitionis conditionalis & categoricæ, in quam conditionalis reſoluitur. Eadem quoq; eſt forma, quia exiſtimauit Auicenna eaſdem eſſe formas ſyllogiſmorum categoricorum, & cõditionalium etiam, materia autem eſt eadem potentia in utroque quamuis non ſit actu. Quãobrem uidetur mirandum eſſe de Auicẽna, qui ponens, quod omnis propoſitio conditionalis poſſit reduci in categoricam, & ſimiliter quæſitum conditionale in quæſitum categoricum, ponat poſtmodum, quod ſyllogiſmi conditionales differant ſpẽ à ſyllogiſmis categoricis. Non eſt igitur exiſtimãdum, quod cum propoſitiones conditionales fuerint notæ continuationis, & ignoti eſſe, quod reducantur ad propoſitiones categoricas, niſi quum ĩ eis eẽ cognitũ fuerit, quod cũ notũ ſit, dicemuſ tales propoſitiones habere duplicem modum, uidelicet conditiõalem & categoricum, & quod ſyllogiſmi ex ipſis cum differunt à ſyllogiſmis categoricis, propterea quod cum illis conueniunt in materia & in forma, Et res, quæ ſic conueniunt non differunt, ſed potius ſunt idem. Sed difficultas non parua exoritur, ubi eſſe in connexa non fuerit notum, & fiat ſyllogiſmus

conditionalis,an talis ſyllogiſmus differat à categorico. Et ſiqdem (inquit Auerrois) differentia ſyllogiſmorum aſſignatur eo modo, quo in rebus naturalibus, quum res naturales differant per materias, & formas proprias, impoſſibile eſt dicere tales ſyllogiſmos differre, & ideo diſpoſitiones ſyllogiſmorum conditionalium in concludendo, & non concludendo ſequuntur proprietates ſyllogiſmorum categoricorum. Si uero, quod magis credo, differentia, & diuerſitas aſſignatur penes materiā tantum, ſicut in rebus artificialibus, quarum tantum ſubſtantia eſt materia, quamuis informis conueniant, tunc forte probabiliter dici poterit, quod ſyllogiſmi cōditiōales ſunt alii à categoricis. Et de ipſis conuenienter non pertractauit Ariſtoteles in libro priorum, quia tātum per materiam à ſyllogiſmis categóricis differunt ex eo, quod non abſolute rē eſſe uel nō eſſe ponant, nulla exiſtente diuerſitate in forma, & in eo libro de differentia materierum pertractari non habet. Eodemque modo de ſyllogiſmis compoſitiuis nulla fuit neceſſitas determinandi, ſi formam ſyllogiſmorum categoricorum penitus ſeruant, ut teſtatus eſt Auicenna. Nec propterea fuit neceſſarium Ariſtoteli ptractare in alia parte logices de talibus ſyllogiſmis, quorum connexa eſt notæ illationis. ignoti uero ineſſe, propterea quod raro inueniuntur. Et ars logices eſt iis, quæ fiunt, ut plurimum, & ſunt. Et hæc fuit ratio, quare Ariſtoteles ipſos in uniuerſali reducit ad formam ſyllogiſmorum categoricorum, & ad tractatum eorūdem. ideo quia ipſe recte perſpexerat omnia, quæ diximus, nec leuiter pertranſiuit, quemadmodum ipſum calumniatur Auicenna, qui & in hac materia adduxit ſyllogiſmos extra naturam & non naturales, quos cogitatio humana non inuenit naturaliter, quemadmodum facit ſyllogiſmos categoricos. Enumerat enim inter propoſitiones conditionales quas idem uocat accidentales ſeu caſuales, ſicut dicendo, ſi homo ſit, equus eſt. & has dicit eſſe ueras accidentaliter ſeu caſualiter. Et impleuit librum ſuum, qui dicitur Alſafa talibus propoſitionibus in

quibus conceſſit ueritatem à caſu.cum ipſe audierit quaſi in quolibet loco,quod illud,quod eſt à caſu eſt infinitum,& nulla ars conſiderat de eo.Et eodem modo in conditionalibus diſiunctis enumerat quaſdam per accidens,ut dicendo,uel ē homo,uel eſt uacuum.Declaratum eſt igitur, quod quilibet ſyllogiſmus,uel eſt conditiōalis,uel categoricus,uel compoſitiuus & tandem,quod omnes ut plurimum deducuntur in categoricos.Sed hactenus de controuerſia arabum dictum ſit,nūc uero de ſententia latinorum aliquid noſtra ſententia uel approbemus,uel reprehendamus.Boetius in libro de ſyllogiſmo hypothetico concedit.Cum Auerroi & Auicenna aliquas eſſe propoſitiones hypotheticas, quæ prædicatiuis æquiualerēt,multiplicat etiam propoſitiones hypotheticas per qualitatem conſimilem uel diuerſam in antecedente,& in conſequente, poſſet etiam per modum neceſſarii de ineſſe,& cōtingētis,tam neceſſario,quam contingente multipliciter accepto,tacuit tamē modum poſſibilitatis ut in pluribus æqualiter & in paucioribus,tacuit etiam ſimplices conditionales factas ex categoricis ex tranſpoſitione forte,quia inter conditionales ex categoricis ſimplicibus numerauit,quatenus earum legem ſeruāt,nō meminit etiam numeri propoſitionum conditionalium penes quantitatē, quia conditionalium termini maxime indefinite enunciantur, quare de ipſis merito prætermittit dicere,quemadmodum etiam de neceſſitate & contingentia,nam neceſſitas in ipſis ut plurimum eſt per conſecutionem,quæ intelligitur non explicato modo neceſſitatis, ſi ueræ & per ſe cōnexæ & earum oppoſitæ dignoſcuntur,quæ conditionalium ſubſtantiam, ſiue illationē perimunt ſola oppoſitione conſequentis,& non(quemadmodum dicunt iuniores)per negationem toti connexæ antepoſitam,nam (ut ait Cicero in libro de fato)huiuſmodi propoſitiones intelligibiles nō ſunt,ſed de hoc alibi determinatius. Numerus igitur propoſitionum conditionalium & ipſarum compoſitio à Boetio requiratur.putat enim præter cōditionales, quæ

ex duabus categoricis ſimplicibus conſtãt alias eſſe conditionales, quæ ex categorica & conditionali conſiſtant, & rurſus alias, quæ ex duabus conditionalibus conſtituuntur, & inter has eſſe aliquas medias, quæ quodãmodo utrique ſimilentur. quibus oĩbus propriam hypotheticorum figuram aſcribit. Et in conditionalibus quidẽ ex ſimplicibus categoricis ipſe recte putauit. & omnia eius dicta de tali materia uera ſunt. Sed in propoſitionibus conditionalibus compoſitis ex categorica & conditionali manifeſte errauit, exiſtimans in talibus oportere antecedens ipſius conditionalis neceſſario ſequi categoricam propoſitionem, quæ eſt antecedens primum totius cõditionalis taliter cõpoſitæ, ipſum uero cõſequens. quod eſt ultimum eiuſdem cõditionalis non opus eſſe ad antecedens cõnexæ ſequi, niſi quatenus eius antecedens ad categoricam ſequitur, quod omnino uidetur pugnare rationi conditionis, ſequeretur enim ꝙ ex natura conditionis antecedens cõditionalis magis ſequeretur ad ipſam categoricam propoſitionem, quam conſequens ipſius eiuſdem conditionalis ſequatur ad ſui proprium antecedens. Si tamen aliquo pacto admittẽdæ fuerint tales propoſitiones, quas ipſe dicit cõpoſitas eẽ ex categorica & hypothetica, mea ſententia non tantum propoſitio categorica eſt. quæ primo loco proponitur, ſed etiam antecedens ipſius connexæ, altera uero huic proxima propoſitio, quæ à Boetio uerum antecedens dicebatur, mihi uidetur uel ex parẽtheſi appoſita, uel ſaltem ueluti conſequens primum ad propoſitionem categoricam, quæ primo loco propoſita fuerat, cum qua fiat antecedens ad ipſũ poſtremum conſequens, quod ſatis tali eius exemplo perſpicitur. Si eſt homo, cum ſit animatum, eſt animal, potius cõnexionis ratio apparet inter hominem & animatum, uel inter hominem & animal, q̃ inter animatum & animal, cũ & ecõtrario cõſecutio ſit, q̃re potius ècõtrario prĩo loco dici debet propoſitio connexa, ſecũdo loco categorica, uel ẽt exiſtimabimus iterpar-

tes propoſitionis connexæ propoſitionem categoricam mediare, quæ immediate & per ſe uim non habeat inferendi conſequens, niſi quatenus eſt idem antecedenti, ad quod ſequitur, ut etiam Boetius teſtatur, ſed tunc talis conditionalis non conſtabit ex categorica & connexa per ſe uera, quare rectius media propoſitio appoſita dici debet. Modo eni Boetii, quæ ab eo dicitur categorica, in conditionem uenit, quatenus etiam ea, q̃ ab eo dicitur hypothetica, nullam habet ueritatem, niſi ex conditione, quæ dicitur categorica. Debet igitur propoſitio conditionalis compoſita ex categorica & hypothetica iudicari uera ex partibus per ſe ueris, ut pote ex propoſitione categorica per ſe uera, per inhærentiam, uel remotionem prædicati ad ſubiectum. Et ex propoſitiõe conditionali etiam per ſe uera per conditionem & ſuppoſitionem conſequentis ad antecedens, & non per comparationem ad aliud, quod non ſit pars ipſius connexæ, rurſus etiam non eſt propoſitio categorica, quæ in cõditione proponitur. Boetius uero in octo propoſitionibus ſic compoſitis non animaduertit, & ex poſitione ipſius categoricæ arguit ſyllogiſtice ſupra poſitionem ipſius connexæ. Igitur categorica ipſa per ſe exiſtente uera, & connexa per ſe erit uera, & maxime cum ipſa concludatur. & non explicetur cum habitudine ad ipſam categoricam, ſed ſola, & nõ eſt uera de ſe, ut patet dicẽdo. Si ſocrates eſt homo cum ſit animatum, eſt animal, ſed Socrates ẽ homo, ergo cum ſit animatũ eſt animal. Concluſio ipſa non eſt ꝑ ſe uera, ꝙ ſi ſocrates eſt animatus, ꝙ ſit animal. non enim ſi aliquid eſt animatum ẽ animal. quod enim uirtute ſyllogiſtica cõcluditur. ſi ſit propoſitio categorica, habet prædicatum terminũ, qui de ſubiecto termino uel affirmatiue uel negatiue dicitur. Si uero propoſitio ſit hypothetica, neceſſe ẽ conſequens ipſum ad antecedẽs ſequi. Quod etiam prædicta conditionalis, quam Boetius putat eẽ ueram, non ſit uera, dicẽdo, ſi ſocrates ẽ homo cum ſit animatus, eſt animal. patet ex deſtructione enim conſequentis non infertur oppoſitum ipſius

antecedentiſ,non enim ſequitur,ſi eſt animatum,nõ eſt animal, ergo non eſt homo,quamuis ſequatur,ſi animatum non eſt animal,ergo non eſt homo,non tamen ſequitur,ſi antecedens hypotheticæ proferatur ueluti hypothetica,nam uno modo ẽ categorica,quæ inquantum eſt pars conditionalis, eſt uera,alio uero modo,ut hypothetica eſt ,& hypothetice prolata,eſt conditionalis falſa.Et ex nulla conditionali,quatenuſ talis infertur propoſitio categorica uirtute ſyllogiſtica.Et ſi forte dicatur,ꝙ ẽ repugnantia inter antecedens & conſequens ,dicitur ꝙ propterea hoc contingit,quia ipſum antecedẽs,aliquo modo ſibi ipſi repugnat.Quod autem dicit Boetius dicendo,ſi homo eſt,cũ ſit animal,eſt animatum,non monſtratur uera neceſſitas conditionalis,quemadmodum ſi dicitur,ſi eſt homo.Gum ſit animatum,eſt animal,propterea quia illa,quod etiam non eſt homo cum ſit animal,eſt animatum.Sed bene cum animatum ſit homo,bene eſt animal.ſed hæc eius ratio nihil ualet,quia pari ratione in ea,quam ipſe ponit aliquid eſt animal,cum ſit animatum, quamuis ipſum animatum non ſit homo ,ut patet intelligenti. Sed de hac ſpecie iam ſatis.De alia uero ſpecie conditionaliũ, quas ipſe medias appellat,inter compoſitas ex duabus conditionalibus & compoſitas ex categorica & cõditionali,octo cõſtitui ſyllogiſmos,ait ex poſitione antecedentis, & totidem ex deſtructione conſequẽtis,& omnes dicit eſſe imperfectos,nec ex natura ſyllogiſmorum eſſe perſpicuos,cum tamen ſui dicti nullam Boetius rarionem afferre uideatur ,nec extrinſecus aliquid ab eo afferatur in perfectionem eorum,nec etiam probet Boetius,ꝙ probatione indigeãt, & maxime in his,quos ipſe dicit eſſe figuræ primæ,ad quos reducit ſyllogiſmos & ſecundæ & tertiæ,quamobrem iure uidetur primam eſſe perfectam, quod etiam patet dicendo,ſi ẽ.a.ẽ.b.ſi.eſt.b.eſt.c.ergo ſi eſt.a. neceſſe eſt eſſe.c.quæ de ſe ſatis apparet. Multiplicauit autem Boetius & propoſitiones conditionales & figuras,ſed ſi quis recte animaduerterit perſpiciet omnes reduci in formam categoricoꝝ

ſecundum modum à nobis ſuperius declaratum. Reliqua ue- ro dicta Boetii de hac materia in ſuo tractatu pſpiciantur.

Caput ultimũ, ꝙ pars logicæ q̃ topica dicitur non ſit ſcientia ut probabiliores latini putant.

q Via nobis eſt animus poſt poſito libro topicorum & parte ea quæ ex probabilibus diſputat de omnibus a g- gredi libri poſteriorum reſolutionum expoſitionem. & Epiphyllidas ſuper eodem edere, quemadmodum fecimus ſuper libro priorum, ideo monſtrandum non eſſe partem ſciẽ- tiæ eam, quæ ex probabilibus diſputat, quod etiã à principio hu ius operis facturos promiſimus, quamuis noſtræ ſciẽtiæ oppu- gnantes ex probabilioribus habeamus Albertum. thomam, & ferme cæteros omnes, q̃ latine aliquid de hac materia conſcri pſerũt, primum igitur dicamuſ, ꝙ logica inquantum ſcientia eſt demõſtratiue procedens in ſcientiis demõſtratiuis dupliciter uſitatur, altero quidẽ modo, quatenus ĩ logica propoſitões uia demonſtratiua declarãtur, quæ poſtmodũ in ſcientiis pticulari- bus accipiũtur ad aliqd in ipſis cõcludẽdũ, & ſyllogiſmus qdẽ ex ipſis cõſtitutus neceſſarius eſt. ſed nõ eſt demõſtratio, cũ nõ ſit ex propriis pticulariũ ſciarum & aggenerat ſciam nõ propriiſ ſime dictã ſed ĩpropriã, & rationes hmõi in ſciẽtiis pticularibus ante demõſtratiuas afferri poſſũt, quẽadmodũ facit Ariſtotéles in libro phyſicoꝶ, aduerſus Anaxagorã, altero uero mõ ĩquãtũ formã & figurã ſyllogiſticã demõſtratiue declarat. pticulares ue ro ſciæ in propoſitõibus propriis accipiũt formã & figurã ſyllo giſticã iã demõſtratã in logica, & generãt ſciam propriã, ut pote phyſicã uel mathematicã. Quatenus uero docet rõnes topicas per regulas, quæ applicate cuicunque materiæ fidẽ & probábili tatẽ generãt, ubi aliunde nõ proueniat impedimẽtũ, logica ſciẽ tia eſſe nõ dicitur non enim uideo Ariſtotelẽ ĩ libro topicoꝶ, in quo de probabilibus ptractat, aliqd p demõſtrationẽ conclu dere, quẽadmodũ ipſum facere ſatis animaduertimus in libro priorum, & in libro poſteriorum, rationes autem quæ ſecundũ

hanc partem in ſcientiis afferuntur, poſt poni debent ratióibus demonſtratiuis, quemadmodum docet Cómentator in libro de cælo, quod autem non ſit ſcientia monſtrari poteſt ratione admodum efficaci ſupponétibus, ꝙ fides, ſeu opinio de eadẽ re ſecũdum idem ſimul cum ſcientia eſſe non poſſit, quo ſumpto habeat ſocrates demonſtrationes de. a. concluſione ꝑ principia propria, & immediata & cóſequenter ſcientiam perfectiſſimá, habeat etiam ad concluſionem eandem ratióes topicas, per quas niſi eſſet prius acquiſita ſcientia, fides opinio acquireretur. Arguatur igitur ſic, ſocrates habet per demonſtrationem rationes probabiles ad. a. concluſionem, ergo huiuſmodi rationes non poſſunt eſſe non probabiles, tenet cóſequentia, quia, quod concluditur per demóſtrationem, eſſe tale illi, cui ſic cócluditur, nó pót nó eſſe tale ſocrati, igitur prædictæ ratóes erũt probabiles, & ſic eidem facient fidem, quia quod alicui eſt probabile, eidem de neceſſitate facit fidem, & ſic ſimul de eadem re fidem & ſcientiam ſocrates habebit, quod eſt impoſſibile, qđ doctor ſanctus negat. Confirmatur hæc ratio. quia ſi probabile per demonſtrationem, concludi poteſt, eſſe de neceſſitate probabile, quod uni eét probabile omnibus probabile foret, & ſic definiretur probabile, quod uidetur omnibus ſolũ, & nó oporteret addere uel pluribus uel ſapiétibus &c. Quod tamen Ariſtoteles facit. Nam quod uni ſuppoſitis principiis eſt demonſtratio, omnibus eiſdem ſuppoſitis demonſtratio erit. Si igitur demonſtratiue aliquid concluditur eſſe probabile oíbus, quod eſt probabile, probabile erit. Et confirmatur ratio principalis hoc modo. Sicut de ratione aliqua naturali dicitur quod ẽ demonſtratiua, & demonſtratiue probari poteſt, quod ſit talis, ſimiliter de ratione aliqua dici poteſt, quod ſi, probabilis & probari poſſet demóſtratiue, quod ſit probabilis ſi demonſtratiue monſtratur aliquid eſſe probabile, ſicut latini fatentur. Ergo quemadmodum habẽs demóſtratiuá róné, de neceſſitate habet ſcientiam. Similiter, qui habebit ratióem probabilẽ de neceſſi-

tate habebit fidem uel opinionem. ergo de eadem re in propo- ſito caſu quis ſimul habebit ſcientiam, & opinionem, quarum altera includit euidentiam, altera uero excludit, quod eſt impoſ ſibile ſecundum communem uiam, niſi forte uelimus cōmen tari dictum thomæ in Secunda Secundæ, queſtione octaua ar- ticulo ſecundo, quod actualiter fides, & ſcientia ſimul de eodē intellectu eſſe non poſſunt. Sed nihil pugnare, ſi ambo habitu aliter ſimul eſſe poſſe dicamus, uel alterum habitu tantum, alte- rum uero etiam actu. ſed quemadmodum ī naturalibus ſimul eſſe nō poſſunt formæ oppoſitæ, dico etiam habitualiter, quia idem nō ſolum poteſt ſimul actu moueri ſurſum & deorſum. quibus motibus actu ſimul dici poſſunt graue & leue. Sed etiā nō pōt ſimul hēre ambas formas grauitatis & leuitatis, qbus ha- bitualiter graue & leue diceretur, ſic in propoſito ſecundum eius uiam non poteſt in uno intellectu eſſe habitus fidei, & habi tus ſciētiæ de eodem, quare merito ſentiendum eſt, quod pars il la logicæ, quæ dialectica dicitur, nullo pacto ſcia ſit, ſed ꝙ ſolū regulas præbeat, quibus aliquid probabile appareat, & probabi le dicitur. non quia demonſtratiue cōcluditur eſſe probabile. ſed quia, quēadmodum inquit Alexander primo topicorum in ſolo uideri conſiſtit, ſicut Ariſtotéles ipſe definit. quod ſi for te quis quærat, quid per rationem logicam ex propoſitionibus neceſſariis in ſcientia particulari acquiratur. reſpōdetur, quod ſe cundum ſentētiām auctoris acquiritur id, quod acquiritur per demonſtrationem eſſe, quæ eſt per cauſam remotam, & ſecun- dum Ariſtotelem in libro poſterioꝝ appellatur demonſtratio, quia, quæ demonſtratio quia, diuiditur in demonſtrationem eſ ſe, & demonſtrationem ſigni ſecūdum Auerroim. Habitus ue ro talis demonſtrationis perficitur per demonſtrationem ſim- pliciter, quæ eſt demonſtratio cauſæ ſiue demonſtratio propter quid, & forte in eodem ſubiecto de eodem obiecto ſimul eſ- ſe utraque poteſt, ex quo inuicem non pugnant. Sed potius demonſtratio eſſe, uel potius effectus eius concludatur in de-

monſtratione ſimpliciter tanquam pars in toto. Apud eum uero. qui demóſtrationem ſimpliciter habet, nó poteſt ratio probabilis aliquem habitum producere. quia non fidei, nec ſcientiæ, primum quidem, quia fides, & ſciẽtia ſimul de eodem eſſe non poſſunt in eodem intellectu. Alterum uero quia ageret ultra gradum proprium. Scientiam igitur quodammodo confirmat, & decorat. Nec ualet ſi quiſpiam dicit rationem probabilem uideri demonſtrationem ſigni, & dare demóſtratióem ſuper eſſe quemadmodum facit demonſtratio eſſe. ergo utraque pariter poterunt cum ſcientia ſimpliciter remanere. Reſpondetur, quod ratio probabilis poteſt eſſe neceſſaria formidinem excludens quancunque, & ſic cum ſcientia poteſt remanere. Aliqua uero ratio ita probabilis ẽ, ut cum formidine ſit, & hæc cum ſcientia ſimul eſſe non poteſt, nó eſt enim per cauſam proximam, nec cauſam remotam, nec per ſignum etiam neceſſarium, quare &c.

FINIS

Regiſtrum huius operis.

a b c d e f g

Vltimus eſt quinternus cæteri uero quaterni.

Inc 1267

# De Cõuerſione propoſitionũ cuiuſcũq; generis ſecũdum peripateticos.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Laurentius Maiolus Genuenſis Ampliſſimo præſuli domino Hybleto de fliſco Salutem Dicit.

Tantum me tibi pro tua erga me ſingulari humanitate debere exiſtimo, ut uix unquam aut arte, aut ingenio, aut ullis uiribuſ ſperem refere poſſe gratiam. noui enim. quanti ſemper me feceris, quantum mihi in magnoꝝ uiroꝝ Hemicyclis tua auctoritate tribueris. es profecto de me quamoptime meritus tua liberalitate. Sim ergo homo plane deſidioſus, & prorſus ignauus, ſi te mihi præcipuum dominũ turpiter demerear. & ſemper ex craſtino pendeam negligens tuæ de me opinioni reſpondere. Sim omnium ĩgratiſſimus, niſi præ me feram uel ſinceræ obſeruãtiæ teſtimonium, niſi accuratiſſime dem operam ſemper gratificari tibi omniũ gratiſſimo. humaniſſimo. liberaliſſimo quot ſunt, quótq; fuerũt. Quótq; poſt aliis erũt in annis. habe igitur, tibi quæ maiore certe inquiſitione, q̃ ſtilo ſcripſimus in arte diſſerendi de cõuerſione propoſitionum cuiuſcunq; generis. Ea enim tuo nomini, eo libentius dicamus, quod iucunde te accepturum confidimus. quod non ea ratione facimus, quia his ſcriptis uel minimum noſtri debiti pondus credamus auferre. (nã re tam parua tuorum erga me meritorum ne portiunculam q̃dem attingere arbitramur). Sed tantum, ut cognoſcas, nihil mihi iucundius, nihil gratius q̃ ut Hybleto præſuli integerrimo, optimóque, ac de me optime merito placeam, gratificérque.

V A L E.

Inc
1268

Tractatus de differentia propoſitionis de ineſſe a propoſitione de neceſſario, & contingenti ſecundum peripateticos.

PErtractaturis de conuerſione propoſitionum de ineſſe, de neceſſario, & de cótingenti, dubium primo occurrit, An propoſitio de ineſſe ſiue abſoluta, ſiue inuēta (idem enim per hæc nomina intelligo) diſtinguatur à propoſitione neceſſaria, & à propoſitióe poſſibili. Et ne exiſtimet quis hanc quæſtionem eſſe uanam, & nó habere aliquam dubitationem. Sciendum quod alfarabius (ut refert Auer.) exiſtimauit eſſe de intentione Themiſtii. Herminii. & Theophraſti ꝙ talis propoſitio non diſtinguitur à predictis ſpé, ſed eſt quaſi genus ad utranq; illarum ueluti quoddam potentiale reſpectu utriuſq;, eo quod ipſa eſt talis, ut ſupra eam addi poſſit modus neceſſitatis, & modus poſſibilitatis. Sed dices iſtud eſt ꝙ communiter tenetur, & non oportet propterea facere de hoc quæſtionem, propter hoc oportet te ſcire ꝙ per propoſitionem de ineſſe ſeu abſolutam aliud intellexit Alexāder (ut idem Alfarabius ſcribit) & etiam ꝙ propoſitio de ineſſe ſeu inuenta eſt propoſitio poſſibilis quando ipſa habet prædicatum actu inhærens ipſi ſubiecto in tempore præſenti. ſecundum hoc igitur diſtinguitur à neceſſaria, quia illa non eſt ſolum in aliquo tempore, ſed ſemper. Et rurſus nulla propoſitio neceſſaria ſecundum Alexandrum, etiam ſi ab ipſa ſeparetur modus dicitur abſoluta, uel de ineſſe, diſtinguitur autem à poſſibili, qa hæc nó habet actu prædicatum de ſubiecto ſuo, ſed potentia. Hanc fuiſſe ſententiam Alexādri patet ex uerbis eiuſdem Alexandri in cómento libri priorum, quæ nos ad uerbum conuertimus. Inqt enim ſic, omnis propoſitio prædicatiua habet terminū qui de termino prædicatur, aut affirmatiue, aut negatiue. hoc eſt terminum in exiſtentem ſubiecto, aut non exiſtentem.

Eorum, ueroque aliquibus inſūt. aliqua quidē ſemp inſunt, aliqua aūt quādoq; quidē inſūt, quādoq; uero nō inſunt. Si quidē ſemp inſit ꝙ ineē dicitur, & ſic ſumatur in eē, neceſſaria fit huiuſmodi propoſitio affirmatiua & uera. Neceſſaria aūt negatiua uera, quæ accipit nō ineē alicui id, qđ nunq̄ aptū eſt ineē. Si aūt nō ſp iſit prædicatū ſubiecto, ſed tantū ſcđm præſens tēpus propoſitio, quæ hoc ſignificat inexiſtēs ſeu de ineē efficitur affirmatiua uera. Similiter & de ineē negatiua uera, quæ, quod nūc nō ineſt, dicit nō ineē, ſi aūt i præſenti nō ineſt prædicatū ſubiecto ſed pōt ipſi ineē, & ſic tanq̄ poſſibile ineē accipiatur, poſſibilis fit propoſitio affirmatiua uera, quæ uero poſſe nō ieē, ait uel id qđ ineſt, uel id qđ nō ineſt, poſſibilis fit negatiua uera in expoſitione quoq; ſignificatoꝝ huius termini cōtingere dās itelligere propoſitionē de ieē Ariſtoteles dixit nō neceſſariū. & proptērea qđ ꝯtigēter ieſt propoſitionē de ieē cōſtituit. Ex qbꝫ uerbis patēt duo quæ dicta ſūt, ſecūdū opinionē Alexādri, primū qđ propoſitio de ineſſe eſt nō in materia neceſſaria, ſed in materia poſſibili in actū reducta, ſecūdū ꝙ modi nō faciūt propoſitiones eſſe tales ut modus neceſſarii nō facit propoſitionē neceſſariam, nec eius abſentia facit propoſitionē de ineē. Sed ſolū ex ratione terminoꝝ habet propoſitio ꝙ ſit neceſſaria, uel de ineſſe, uel poſſibilis, q̄uis ſecūdū primā opinionem modus faciat propoſitionē modalē. Sed an pria opinio fuerit Theophraſti queādmodū ſecūdā mōſtrauimus eē Alexādri. Auerrois uidetur dicere ꝙ nō. Inquit. n. in quæſtionibus ſuis ſuper hac materia. Sed propoſitio inuēta ſeu de eē quæ, ſeu qualis ſit illa. Expoſitores diuerſificati ſunt in hoc. & quidam eoꝝ dixerunt ꝙ ipſe Ariſtotēles intelligit ꝑ inuenta qñ ādo prædicatū eſt inuētū ſubiecto abſolute & ꝙ hæc cōtinet neceſſariā & poſſibilē & inuēta in actu & hoc finxit ſeu intellexit Alfarabius ꝙ ſit opinio Themiſtii & Herminii. & dicentiū ſicut ipſi. Et in prima quæſtione addidit Theophraſti, & poſt prædicta ait. Et uidetur mihi qđ ipſi uoluerūt ꝑ inuētū ilud quod cōtinet neceſſariū, & inuētū

in actu, quod eſt de modo poſſibilis, & hoc apparet magis ex uerbis eorum. Ex quibus patet Auerroim nó cóſentire i hoc Alfarabio. Sed prædictorum aliam fuiſſe opinioné exiſtimat, cuius declaratio habebitur poſt ſuo loco. Et nos addemus in ſequentibus quæſtionibus quoddam dictum Alexandri, qđ ipſe refert de mente Theophraſti, per qđ patebit nó ſenſiſſe Theophraſtũ, quod de ipſo putauit Alfarabius, ſed magis, quod de ipſo putauit Auerrois. Sed eſto etiam ꝙ ſententia Theophraſti ea ſit, quam exiſtimat Auerrois, adhuc dubium eſt, qđ a principio propoſuimus, nam latini fere omnes in ea ſententia ſunt, quam putauit Alfarabius eſſe Theophraſti & priorum peripateticorum quos diximus. Io. quoq; grámaticus id ipſum ſenſiſſe uidetur hoc loco, & ideo conuenienter prædicta dubitatio examinanda eſt. Et pro hac opinione iuniorum & Io. grã. Inducit Auerrois in quæſtionibus ſuis de hoc, & auctoritatem Ariſtotelis & rationem, auctoritatem quidem, quia ſi propoſitio de ineſſe eſſet ad modum quo de ipſa protulit Alexáder tũc ſequeretur, ꝙ dictum Ariſtotelis in primo priorum eſſet falſum in miſtura de ineſſe cópoſſibili, quum dixit maiori exiſtente de ineſſe cũ minori de poſſibili, nó debet intelligi ꝙ maior ſit de ineſſe in aliquo tempore demonſtrato uera, ſed ſecúdũ Alexádrum abſoluta uel de ineſſe ſolum eſt in materia poſſibili, quum poſita eſt in actu, ergo Ariſtoteles intellexit de alia de ineſſe, quæ ad tépus nó determiatur, Inqt. n. ariſtoteles (ut refert Auerrois) & propoſitiones inuentæ debent eſſe in omni non in tempore determinato, ut nunc, uel per aliquod tempus demóſtratum. Sed per tempus abſolutum, nam ex talibus propoſitionibus fiunt ſyllogiſmi, Si enim accipientur propoſitiones inuentæ in tempore determinato non erit ſyllogiſmus, nam aliquando ſeqtur uerum, aliquando auté ſequitur falſum, ſicut in his exemplis patet, primo de falſo per ueras propoſitiones, omnis homo poteſt moueri, & omne ꝙ nunc mouetur eſt equus. ſequitur ex hoc ꝙ omnis homo ſit equus, quod eſt falſum, exemplum uero in quo

concluditur uerum, omnis homo poteſt moueri, & omne qđ mouetur nunc eſt animal, quum nihil niſi animal mouetur. ergo omnis homo eſt animal. & hoc eſt uerum. non igitur debet accipi propoſitio de ineſſe, quæ in tempore determĩato ſit uera quum ex tali, & ea quæ eſt de poſſibili aliquando ſequatur uerum, aliquando ſequatur falſum. præterea poſtquam Ariſtoteleſ in prioribus poſuit diuiſionem propoſitionis in neceſſariã de ineſſe, & poſſibilem, quamlibet harum diuidit in uniuerſalem particularem, & indefinitam. dabitur igitur propoſitio uniuerſalis de ineſſe ſecundum mentem Ariſtotelis. Si autem propoſitio de ineſſe ea ſit quam exiſtimauit Alexander, difficile erit eã inuenire, quum ſit in materia poſſibili in actu poſita. per paruũ autem tempus accidit ꝙ ponatur in actu reſpectu omniũ ſuppoſitorum. tales autem propoſitiones ſunt per accidens, quas etiam ars agricolæ non faceret, à fortiori nec ars topica, nec demonſtratiua. Iſte ſunt ratiões quibus uidetur infirmari opinio ipſius Alexandri. in oppoſitum autẽ eſt, quia ſi propoſitio de ĩeſſe eſſet materia propoſitiõis neceſſariæ & poſſibilis, uidelicet ꝙ omnis propoſitio ſine modo diceretur de ineſſe. tũc ſequeretur ꝙ eodem modo ſe haberet propoſitio de ineſſe ad propoſitionem de neceſſario, & ad propoſitionem de poſſibili. quemadmodum ſe habet indefinita in comparatione ad uniuerſalem, & particularem. Ergo quemadmodum omne iudicium quod fit in ſcientiis de indefinita, eſt idem cum iudicio, qđ fit de particulari. dicimus enim quod particularis affirmatiua conuertitur & eodem modo indefinita affirmatiua, quum uirtus eius dicatur eẽ eadem cum uirtute particularis affirmatiuæ dicimus etiam quod ex duabus particularibus non fit ſimilis, ſimiliter nec ex duabus indefinitis. Eodem modo deberemus dicere, quod iudicium propoſitionis de ineſſe, eſſet idem cum iudicio propoſitionis poſſibilis, nam quemadmodum indefinita ſumitur pro ignobiliori ſcilicet pro particulari. ita propoſitio de ineſſe ſumi deberet pro poſſibili, quæ ignobilior eſt

quam neceſſaria. Ariſtoteles tamen diuerſum admodum iudicium de illis facit. dicit enim, quod uniuerſalis negatiua de ineſſe cõuertitur, & idem dicit de uniuerſali negatiua de neceſſario. Vniuerſalis autem negatiua de poſſibili minime conuerti poteſt. debuiſſet igitur Ariſtoteles ſimiliter dicere quod uniuerſalis negatiua de ineſſe non conuertitur, ut proportiõaretur poſſibili. non autem neceſſariæ, quæ cõuertitur. præterea ſi propoſitio de ineſſe ſe haberet per indeterminationem ad neceſſariã & poſſibilem, ſequeretur quod aliquis eſſet modus ex parte rei, qui non ſignificaretur per propoſitiõem aliquam. quod enim actu poſitum eſt extra animam, non neceſſario continetur ſub propoſitione neceſſaria, ſi de ipſo fiat propoſitio, nec ſub propoſitione poſſibili, quæ eſt de eo, quod non eſt actu poſitum. Si autem dicatur, quod eſt propoſitio de ineſſe tunc ſequitur intẽtum, quod ſcilicet propoſitio de ineſſe eſt de materia poſſibili poſita i actu, Ex uerbis autem Ariſtotelis, idem haberi poteſt, nam in ſyllogiſmo ducente ad impoſſibile Ariſtoteles ipſe reducit propſitionem poſſibilem ad inuẽtam, quare propoſitio poſſibilis ſi reducitur ad actum, fit inuenta, ſeu de ineſſe. In miſturis etiam Ariſtoteles ipſe plerunque propoſitionem de ineſſe in hoc ſenſu accipit ſicut in miſtionum declaratione aptiſſime patebit. hæc argumenta ad utranque partẽ ab ipſo Auerroi in quæſtionibus ſuis facta ſunt, puto tamen eum accepiſſe ab Alfarabio qui id ſenſit de antiquis peripateticis, quod tamen non putauit Auerrois etiam de eorum intentione, quicqd tamen ſit, Auerrois uiam mediam tenet, quam non exiſtimauit fuiſſe præcognitam, ſi uerum ſit, quod Alfarabius exiſtimauit de antiquis peripateticis. Si autẽ id ſenſerunt quod putat Auerrois eos ſẽſiſſe, opinio eoꝝ fuit opĩo, quã ſectatus ẽ. Auerrois, đ qua poſterius dicetur. Nũc aũt qa exiſtimauit Auerrois argumẽta utriuſq; partis ueritatẽ aliquo mõ cõcludere, & pp hoc opor-

tuit eum uidere uiam mediam.ideo primum uidendum,an ra
tiones utriuſq; partis demonſtratiuæ ſint. Pro intellectu autem
harum poſitionum ſciẽdum eſt,quemadmodum colligere ex
Io.grãmatico in cõmento primi prioꝝ aliqui diuiſionẽ propo
ſitionum acceperunt penes reꝝ naturam,ita,ꝙ quẽadmodum
reꝝ aliqua ſemp eodem mõ habent ſecũdum ſe ueluti cœleſtia
aliqua uero ſecundum accidens,ut coruum eſſe nigrũ.aliqua ãt
aliquando ſic,aliquando aliter per hoc,quod Ariſtoteles dixit
de neceſſario dedit intelligere res ſemper eodem mõ habẽtes
ſecundum ſe,per ineſſe aũt uoluit Ariſtoteles intelligere quæ
ſemper ſunt ſecundũ accidẽs,uel ſecundum diuiſionem,per in
eſſe intelligit quæ iam poſita ſunt ineſſe,ſiue ſemp ſint, ſiue nõ,
per contingere uero,quæ uentura ſint. Sed hoc dictum repro
batur & à Ioanne grãmatico & ab Alexandro,quãuis ſecũdum
uerba Alexandri ſuperius inducta uideatur Alexander huius
fuiſſe opinionis.ratio aũt Io.grãmatici ad hoc hæc eſt,quia mo
di ex noſtra ſunt prolatione in propoſitõibus,& alio modo di
ſtinguntur res alio modo diſtinguuntur modi,res quidem per
naturas ſuas,modi aũt per noſtrã prolatõem,unde ſtat propoſi
tionem eſſe de materia contingenti,& tamẽ de mõ neceſſario
& è contrario. Alexãder aũt addit ꝙ ſi modales.propoſitiones
acciperẽtur ſecũdũ naturã rei,nulla propoſitio reperiretur fal-
ſa. Quum igitur in diuiſionẽ propoſitionis debeant cõprehen-
di omnes ſpecies propoſitionum nõ debent modi accipi ſecũ
dum naturam reꝝ,ſed ſecundum appoſitionem ipſoꝝ modo
rũ iudicari debẽt propoſitões. Id aũt ꝙ ſuperius poſuit Alexã
der fecit accipiẽdo propoſitões ueras tãtũ nã accipiendo pro-
poſitionem neceſſariã uerã affirmatiuã,oportet accipe materiã i
qua prædicatum ſemp ſubiecto inſit,& neceſſariã negatiuã ue-
rã materiã in qua nunq̃ inſit,& eodẽ mõ dicatur i reliqs. In hoc
eodẽ ſenſu poſuit Ariſtoteles primo prioꝝ in capitulo de mi-
ſtionibus in quo tradit talẽ diuiſionem. Quoniã aũt aliud eſt in
eẽ, & ẽ ex neceſſitate ineſſe & cõtigere ineſſe. Multa.n.inſunt q

dem nõ tamẽ ex neceſſitate aliqua, aut nec ex neceſſitate, nec oino iſunt cõtingit tamẽ ineſſe manifeſtũ quoniã & ſyllogiſmuſ de uno quoq; eoꝝ alius erit, & nõ ſimiliter habẽtibus terminis. Sed hic qdẽ ex neceſſariis. Alter uero, ex his q̃ inſunt. tertius uero ex cõtingẽtibus. Ex qbus uerbis Ariſtotelis manifeſte apparet, ꝙ penes naturã rei ueræ propoſitiones accipiũtur. Et breuiter aliud eſt dicere propoſitõem neceſſariã, & aliud propoſitionẽ de neceſſario, propoſitio qdẽ neceſſaria eẽ põt ſine mõ neceſſario, qa eſt ex terminis neceſſariis neceſſariam habẽtibus habitudinẽ. propoſitio aũt de neceſſario põt eſſe nõ de terminis neceſſariis. Sed ſi debeat eſſe uera, opus eſt ꝙ ex talibus terminis ſit. Idẽ aũt eſt iudiciũ apud Ariſtotelem (ut arbitror) Auerroim & Alexãdꝛ de propoſitõe neceſſaria, & de propoſitiõe de neceſſario q̃ eſt uera. Ita ꝙ miſtio oĩs ſyllogiſtica q̃ fit de propoſitione de neceſſario cum aliis ſpeciebus propoſitionũ ĩtelligitur fieri de propoſitõe neceſſaria, q̃ eſt uera, & q̃ ẽ in materia neceſſaria, & propter hoc accepta propoſitõe neceſſaria cũ aliqua prædictaꝝ id eueniet, quod eueniebat cũ propoſitõe uera de neceſſario. Sed propoſitio neceſſaria q̃ nõ ẽ cũ modo neceſſario, an ſit dicẽda de ineſſe, an nõ, dubiũ ẽ, ſcđm qdẽ primã poſitõem uidetur ꝙ ſic, nã ex quo illa ponitur ꝑ indifferẽtiam, & ueluti potẽtiale quoddã ad hoc, ut ſit đ neceſſario, uel de cõtingẽti, amotis igitur his modis. eſto ꝙ ſint termini neceſſarii remãebit propoſitio de ineſſe, ut nec hõ eſt aĩal, remoto mõ hõ ẽ, aĩal remanet, & ẽ propoſitio uera, & ſimiliter amoto mõ de cõtigẽti, ſi ſit propoſitio de cõtingẽti, qđ põt eẽ, & non ẽ, remanebit propoſitio de ineſſe falſa, exẽpli gratia, ſi dixero, cõtingit ſocratẽ currere, poſito ꝙ Socrates nõ currat, remoto mõ remanet propoſitio de ineſſe falſa. ſ. Socrates currit. Si aũt Socrates currat, & dicatur, Socrates põt currere, uel poſſibile ẽ Socrates currere remoto modo, Socrates currit, remanet propoſitio de ineẽ uera. Ex qbus patet ꝙ nõ eo mõ ſehẽt propoſitio de ineẽ ad propoſitionẽ de neceſſario, & ad propoſitionẽ đ poſſibili ſicut hẽt ge-

nus ad ſpecies, nā remotis ſpeciebus non remanet genus niſi apud intellectū, ſed remotis propoſitiōibus de neceſſario & de poſſibili, adhuc remanet propoſitio aliqua, quæ eſt de ieē, quæ & uera eſt, & quæ etiam poteſt eē falſa, exempli gratia, hæc. propoſitio, ſocrates currit nō eſt propoſitio de poſſibili, tum quia non ponitur modus, tum quia poſſibile ſecundum ꝙ diſtingui tur ab ineſſe & neceſſario non ſignificat ineſſe, ſed aptum eſſe. hæc autem propoſitio ſignificat ineſſe, ꝙ ſi curſus Socrati inſit dicetur uera, ſi autē nō inſit dicetur falſa, ꝙ autem prædicta propoſitio non ſit de neceſſario patet, tum quia non ponitur modus neceſſitatis, tum quia non eſt in terminis neceſſariis. propoſitio. itaq; omnis ſecundū primam uiam, quæ ſine modo eſt, ſiue ſit in terminis neceſſariis ſiue poſſibilibus poſitis ineſſe ſiue nondū poſitis ineſſe, propoſitio de ineē dicitur, nec repugnat propoſitionē de ineſſe eſſe uerā & neceſſariā uel falſam poſſibilem & eādē ueram ēt eſſe, nec tamen neceſſariā nec poſſibilem ſecundum ꝙ diſtinguitur ab ineſſe ut dictum eſt. Ex quibus etiam patet non ita ſe habere propoſitionem de ineſſe ad propoſitionem neceſſariam & poſſibilem ſicut propoſitio indefinita ad propoſitionē uniuerſalem & particularem, nam nulla eſt propoſitio indefinita quæ non ſit uera uniuerſaliter uel particulariter, & quū uera ſit uniuerſaliter, nō uera ſit pticulariter. Et ꝓp hoc uirtus eius eſt uirtus particularis. Sed propoſitio de ineſſe nō neceſſario eſt neceſſaria, neq; poſſibilis ſecundum diſtingui tur ab ineſſe, & ideo nō oportet ꝙ eius uirtus ſit uirtus propoſitionis poſſibilis ſicut uirtus indefinitæ uirtus pticularis. præterea aliqua eſt propoſitio poſſibilis uera, quæ nō eſt uera de ineſſe, nō tamē ē aliqua propoſitio pticularis uera, q̄ nō ſit uera ſi accipiatur ut idefinita. Ex prædictis ēt patet, ꝙ nō oportet idē eē iudiciū cōuerſiōis propoſitōis de ieſſe qđ eſt de propōne poſſibili, nā & propoſitio poſſibilis, nō ita ſeqtur ad propōnē neceſſariā ſicut pticularis ad uniuerſalē. Accipio āt poſſibile, tertō mō, nō prout neceſſariū dicimus poſſibile, nec ſc̄do mō prout

quod ieſt dicimus poſſibile ineē & qđ nō ineſt poſſibile nō ineſſe,ſed tertio mō prout poſſibile accipitur pro eo qđ aptū eſt ieſſe uel nō ieſſe.hoc.n.mō diſtinguntur tres ſpēs propoſitionū in pīo prioꝝ.ꝑ hæc patet reſponſio ad duo quæ obiecta ſunt contra primam poſitionē.ſ.quod propoſitio de ieſſe eſſet ſolum apud intellectum,& quod iudicium eius eſſet iudiciū propoſitionis poſſibilis.patet etiā ad tertium,nam quod eſt poſſibile,poſitū i actu dicitur de ineſſe & dicitur facere propoſitionē uerā ſi formatur propoſitio affirmatiua,qđ āt ē poſſibile non poſitū i actu ſi đ ipſo formetur propoſitio affirmatiua,ſine mō eſt propoſitio de ieſſe falſa,ut dicēdo ſocrates currit,poſſibile q dē eſt ſocratē currere ſi nō currat.prædicta propoſitio,eſt de iec̄ falſa & hoc eſt qđ dicit Auerrois de hac opinione.Et qdā expoſitorum dixerūt quod ipſe intelligit per inuentā quod ſit prædicatū inuentū ſubiecto abſolute,& hæc continet neceſſariam poſſibilem & inuentam in actu.Et puto ꝙ uelit dicere ꝙ propoſitio inuenta ſignificat ineſſe aut non ineſſe abſolute,ſiue ſit in terminis neceſſariis,ſiue ſit in terminis poſſibilibus,ſiue ſit in terminis,quorum altero,alter iam inſit.Et quidem ſi fuerit à terminis neceſſariis,aut propoſitio eſt affirmatiua, aut negatiua. ſi affirmatiua,propoſitio eſt uera,ſi negatiua,falſa,oppoſito autem modo ut plurimum ſi fuerit in terminis poſſibilibus, nam ſi proponatur affirmatiua de dicto eſſe,poterit propoſitio falſa,ſi proponatur ſine modo,hæc enim falſa eſt,ſocrates currit Socrate non currente,eſto ꝙ in terminis poſſibilibus ſit, hoc eſt,eſto quod hæc ſit uera de poſſibili,poſſibile eſt ſocratē currere,ſumo ſemper poſſibile non pro eo quod ineſt,nec pro eo quod neceſſario ineſt,ſed ut ſuperius dictum eſt pro eo quod aptum eſt ineſſe,ſi autem proponatur negatiua de ineſſe aliquādo erit uera ſi affirmatiua de poſſibili fuerit uera ut ſocrates non currit,ſi poſſibile eſt ſocratem non currere,nam ſi ſocrate currēte,dicimus,poſſibile eſt ſocratem currere,nō eſt propoſitio de poſſibili ſecundum ꝙ ſocrates currit diſtincta ſpecie ab ineſſe

Si autem propoſitio de poſſibili ſit de dicto negatiuo. de quo fiat propoſitio de ineſſe. talis propoſitio de ineē negatiua, pót eſſe falſa, ut ſi dixero. poſſibile ē ſocraté nó currere, & de ineſſe, ſocrates nó currit, Si autem affirmatiua accipiatur de ineſſe accepta negatiua, de poſſibili poterit eſſe uera, ut poſſibile, ſocratem non currere, ſocrates currit, de ineſſe uera forte erit propoſitio, & eodem modo in particularibus dicatur, poſſibile eſt aliquem hominem currere, aliquis homo non currit. illi aliquádo correſpondet uera de ineſſe, poſſibile eſt aliquem hominé nó currere, aliquis homo currit. Et ſi forte dicatur hæc, poſſibile eſt ſocraté currere cóuertitur in hanc. poſſibile eſt ſocraté nó currere per cóuerſionem ad oppoſitas qualitates. Sed ad hanc ſeqtur ſua de ineſſe ſocrates currit, & ad illam poſſibile eſt ſocratem currere, ſeqtur, ſocrates nó currit, ergo quū hæc duo ſtét ſimul, poſſibile eſt ſocraté currere, & poſſibile eſt ſocraté nó currere, iſta duo ſtabūt ſimul ſocrates currit, ſocrates nó currit, nam duæ primæ cóſequūtur iter ſe, & tertia conſeqtur ad ſecūdá, & quarta ad primá, quare & contradictoria erunt ſimul uera, quod ē impoſſibile, forte quiſpiam diceret, ꝙ ad poſſibile eſſe nó ſequitur negatiua de ineſſe, ſed affirmatiua, & eodem modo ad poſſibile nó eēſeqtur negatiua. Exépli gratia ad poſſibile ē ſocraté currere ſua de ineē ſibi, correſpódet ſocrates currit ad poſſibile eſt ſocraté nó currere, ſocrates nó currit. Cótra hoc qa propoſitio de poſſibili æqualeret propoſitiói de ieē eiuſdē qualitatis cū dicto de poſſibili. Et tūc nó accipetur poſſibile pro eo ꝙ ē diſtinctū ab ineē uel ab eo ꝙ eſt neceſſarium. Intendimus autem loqui hic, de poſſibili diſtincto ab utroq;. Quare quum eſſe & nó eē ſint cótradictoria, neceſſe ē cuicūq; poſſibili, Tertio mó accepto correſpódeat in re aut eſſe, aut non eſſe, & quum poſſibili, de dicto affirmato non poſſit correſpondere eſſe, quia tunc æquiualeret propoſitioni de ineſſe, neceſſe eſt, quod correſpondeat non eē. Eodé modo ad poſſibile de dicto negato, neceſſe eſt quod correſpondeat in re eſſe, quia ſi correſponderet

in̄ re nõ eſſe æquiualeret negatiue, de ineſſe ad hoc reſpondetur, quod ad poſſibile eſſe nõ ſequitur, nec eſſe, nec nõ eſſe. ſed eorum alterum ſemper cum poſſibili ſtat, nec ſequitur ut poſſibile accipiatur, pro ineſſe. nam pro futuro poſſibile accipitur cum quo indifferenter in preſenti ſtat eſſe, aut nõ eſſe, & p hoc patet quomodo conuertatur ad oppoſitas qualitates. & quomodo eſt diſtincta ab ineſſe. uel forte aliter dici poteſt, ꝙ ĩ poſſibilibus ſingularibus & particularibus ſiue ĩdefinitis licet ab affirmatiua de dicto ualeat cõſequẽtia ad negatiuam de dicto, non tamen pro eodem tempore pro quo uni correſpondet ſua de ineſſe. ſic & reliquæ exempli gratia, licet ualeat cõſequentia poſſibile eſt ſocratem currere, ergo poſſibile eſt, ſocratẽ nõ currere nõ tamẽ ſicut antecedenti correſpõdet nũc ſua de ineſſe negatiua ſocrates nõ currit, Ita conſequẽti correſpõdet ſua de ineſſe affirmatiua, ſocrates currit, eſto enim, ꝙ dicatur eẽ uera hæc, poſſibile eſt, ſocratẽ nõ currere, quãdo hæc eſt uera poſſibile eſt ſocratem currere, nõ tamen ſecundũ eandẽ rationem. nã hæc poſſibile eſt ſocratẽ currere, quæ eſt antecedẽs enũciatur uera ẽt cũ ſocrates nõ currit. Et pro eodẽ tẽpore poſſibile eſt ſocratẽ non currere enũciatur uera ut poſſibile eſt ſocratẽ nõ currere, eſt uera, ut poſita ineſſe. Et breuiter ad propoſitionem de poſſibili ſequitur alia de oppoſita qualitate de poſſibili pro ieſſe affirmatiuo uel negatiuo, & nõ de poſſibili, diſtĩcto a neceſſario, & ab ĩ eſſe. Ex quo ſeqtur ꝙ illa quæ facta eſt cõſequẽs nõ põt pro tũc eſſe antecedẽs, quia nõ accipitur in eodẽ ſignificato poſſibilis, ꝙ cõuertitur ad oppoſitas qualitates, ut ſi dixero. poſſibile ẽ ſocratẽ currere, ergo poſſibile eſt ſocratẽ nõ currere, hoc cõſequẽs poſſibile eſt ſocratẽ nõ currere, ex quo accipitur pro ineẽ negatiua, nõ põt eſſe antecedẽs ad ſuum antecedẽs in eodẽ ſignificato dicẽdo, poſſibile eſt ſocratẽ nõ currere ergo poſſibile ẽ ſocratem currere, nã tunc hoc cõſequens acciperetur pro ineẽ, quũ prius diſtincto modo fuiſſet acceptũ, cũ erat antecedẽs. In uniuerſalibus aũt de poſſibili ſecũdũ tertiũ ſignificatũ uniuerſalis

affirmatiua de dicto ſi fuerit uera ſecluſo modo ſi fiat de ineſſe erit falſa. correſpódet aũt illi pro uera de ineſſe uniuerſalis nega tiua de dicto uel particularis negatiua ĩ eo ſenſu ĩ quo diximus in particularibus de his tamẽ aliquid inferius magis dicetur uel in q̃ónibus, uel in expoſitione libri prioꝝ. Quod autẽ addeba tur ultimo ex uerbis Ariſtotelis ꝙ Ariſtoteles in demõſtratiõe ducente ad impoſſibile reducit poſſibilem ad inuẽtã cõcederẽt iuniores, ꝙ ſi propoſitio poſſibilis poſita fuerit actu, ꝙ eſt de ĩ eſſe. Sed ꝑ hoc nõ habet intentum ꝙ ſola illa dicatur de ineſſe ĩmo, quia Ariſtoteles aliquando talem remouet á mixturis dat ĩ telligere ꝙ alia eſt propoſitio de ineſſe præter illam quæ eſt de poſſibili poſito in actu. hæc mihi uidentur eſſe dicẽda pro opi nione junioꝝ, & pro ea opinione, q̃uã exiſtimauit Alparabius eſſe Theophraſti, & alioꝝ peripateticoꝝ. Reſtat nunc uide re quõ ſuſtineri poſſit uia Alexãdri. procedamus ãt in hac eo or dine, quo proceſſum eſt in declaranda prima poſitione. & pri mum dicamus an propoſitio neceſſaria ſecundũ hãc uiam q̃ ẽ ſine mõ neceſſitatis, dicenda ſit de ineſſe uel non. Et primo q̃ dẽ uidetur ꝙ ſic. Ex quo. n. tales propoſitões ſignificãt ineẽ, nõ autem neceſſario ineſſe, eſto ꝙ ſint ex terminis neceſſariis, dicẽ tur propoſitiones de ineſſe. Alexander quoq; in conuerſione propoſitionũ de ieſſe accipit propoſitões q̃ ſũt neceſſariæ. nõ tamẽ cũ mõ neceſſitatis. uidetur igitur minime. Alexãdro tales propoſitões eẽ de ineſſe denominãdas. quod ſi ſic dicatur, ap paret tũc quantũ ad hoc nõ eſſe differẽtiã iter poſitões priores & hanc. & ꝑꝑ hoc uidẽdum an in reliquis etiã cõueniant prædi ctæ poſitiões. & accipio propoſitõem in terminis poſſibilibus nõ poſitis actu ſine mõ poſſibilitatis & peto an ſecũdũ Alexã drũ ſit de ineſſe uel nõ. ſi ſic (quãuis propoſitio falſa ſit) tũc pro poſitio de ineſſe dicitur tã in terminis neceſſariis quam ĩ termi nis poſſibilibus ſine mõ neceſſitatis uel poſſibilitatis Accipia tur poſtremo poſſibilis reducta ad actum ſine exemplo poſſi bilitatis, & de hac non eſt dubium ꝙ ſit de ineſſe. Quare ſecun

dum hæc nulla erit differẽtia inter priorem opinionem & hãc.
Eadẽ eni hæc oĩa dicebãtur, & ſcd̃m prioꝝ opinionẽ. Dices ſor
te qđ nec propoſitio de termis neceſſariis nec propoſitio đ ter
mis poſſibilibꝰ nõ poſitis actu ẽ propõ de ieẽ. Sed ſola propo-
ſitio đ termis poſſibilibꝰ poſitis actu ẽ de ieẽ, eſto ꝙ i prio prio-
rũ, ubi Ariſtoteles loqtur, de miſtiõe propoſitiõis de ineẽ cum
propoſitione contingenti. prohibet accipere Alexander pro-
poſitionem in terminis neceſſariis, eſto ꝙ Ariſtotéles dicat ꝙ
non debemus accipere propoſitionem de ineſſe, quæ ſit uera
ad tempus, uerba enim Ariſtotelis ſunt hæc. Oportet autem
aſſumere omni ineſſe non tempore determinantes ut nũc, uel
in hoc tempore ſed ſimpliciter, per huiuſmodi enim propoſi-
tiones ſyllogiſmos facimus, quoniam de propoſitione acce-
pta ut nunc non erit ſyllogiſmus, per quæ uideretur Ariſtoté-
les propoſitionem de ineſſe non ſolum intelligere in terminis
poſſibilibus poſitis in eſſe temporaliter. Sed ad aliud quaſi ui-
deatur perſuadere, quod ſit propoſitio de neceſſario, nam
hæc non eſt tempore determinato uera. Nam Alexãder uidẽs
hoc eſſe contra ſuam poſitionem dixit, non eni quæ ſemper ſit
dicit Ariſtotéles. hæc enim neceſſaria iam eſt, ſed quæ manere
poteſt de ineſſe uniuerſalis affirmatiua uera, quando etiam uni
uerſalis affirmatiua contingens aſſumpta ſit, per hæc uerba Ale
xander ſoluit dubitationem, non enim propter hoc ſequitur
aliquam de ineſſe propoſitionem eſſe, quæ non ſit in terminis
poſſibilibus, utputa neceſſariam, nam hæc ſecũdum ipſum nõ
eſt de ineſſe. Et hoc modo ſaluabitur differentia, inter primam
poſitionem & hanc, quæ eſt Alexandri. Et ad argumenta facta
diceretur ꝙ tales propoſitiones quæ ſũt in terminis neceſſariis
ſunt neceſſariæ & nõ de ineſſe, & eſto ꝙ nõ ſit cũ modo de ne-
ceſſitate, tamẽ idem ſignificant cũ illis quæ ſunt cum modo ne
ceſſitatis, & idem faciunt in forma ſyllogiſtica hæ propoſitio-
nes, quod faciunt propoſitiones de neceſſario, quæ nõ ſunt ue
ræ, niſi quia ſunt in terminis neceſſariis, nec ĩ hoc opiniones hæ

diſſident. Et ſimiliter forte diceretur de propoſitione poſſibili ſine modo poſſibilitatis, ꝙ ipſa non eſt de ineſſe, & ad id, quod additur de exéplis Alexandri dicitur, ꝙ extra ponuntur, ut diſcens ſentiat, niſi eſſet ꝙ quemadmodum aliqua eſt propoſitio de neceſſario uera, & eſt, quæ eſt in terminis neceſſariis, & aliqua falſa, quæ non eſt in terminis neceſſariis pariformiter, aliqua erit propoſitio de ineſſe falſa, aut igitur falſa, & poſſibilis. & ſic erit in terminis poſſibilibus, aut falſa, & impoſſibilis, & ſic erit neceſſaria đ dicto negatiuo, propoſitio. n. impoſſibilis æquiualet huic, igitur propoſitio de ineſſe nó ſolũ eſt reſpectu terminorum poſſibilium poſitorum in actu. nam tunc nulla propoſitio de ineſſe eſſet falſa, pro arguméto autem facto ad oppoſitũ quod oportet accipere propoſitiones de ineſſe nó determinatas ad tempus, & tamen non uult propoſitiones neceſſarias, ut expoſuit Alexander. Dicendum ſecundum ambas poſitóes ꝙ ubi de miſturis habetur ſermo. tunc debemus accipere propoſitionem de ineſſe, ut eſt diſtincta a neceſſaria & a propoſitione de neceſſario, quia in miſturis idem ſequitur, ad propoſitionem neceſſariã cum aliqua alia quæſtio ſequitur ad propoſitioné de neceſſario cum illa eadé. Si autem acciperemus propoſitióem de ineſſe, quæ eſſet in terminis neceſſariis tũc non eſſet miſtura cũ propoſitione de neceſſario, qa talis de ineſſe eſſet neceſſaria. Et ſimiliter quum fiant miſturæ ex propoſitionibus de ineſſe cũ cótingéti. & aliæ ſint ab his, quæ ſunt de neceſſario cũ cótingenti, neceſſe eſt ꝙ in miſtura, quæ eſt ex propoſitione de ineſſe & cótingenti accipiatur propoſitio de ineſſe quæ non ſit neceſſaria, nam ſi acciperetur propoſitio neceſſaria ſecundum eſſet in tali miſtura idem, quod eſt ex propoſitione de neceſſario, & contingenti, ex quo idem prouenit ex propoſitione de neceſſario, & contingenti quod prouenit ex propoſitione ne neceſſaria, & cótingenti nec oportuiſſet Ariſtotelem facere diſtinctas miſturas ex poſitione neceſſaria, & contingenti, & propoſitióe de ineſſe, & cótingéti ſi propoſitio de ineſſe quã Ari

ſtoteles dixit non eſſe accipiendã temporalem, accipienda eſſet neceſſaria. uidendum eſt igitur ſecundũ Alexandrũ, quo modo propó de ineſſe accipi pót, quæ non ſit neceſſaria, neq; determinetur tẽpore in miſtura, quæ eſt ex maiori de ineſſe uni uerſali affirmatiua, & mi ori cõtingẽte, nam ubi maior accipitur de ineſſe, quæ tempore ſit determinata, aliquãdo ſequitur uerũ aliquãdo ſequitur falſum, ut optime Ariſtoteles in textu deducit, Intelligit autem Alexander propoſitionem de ineſſe non determinatam tempore non eam, quæ eſt neceſſaria, ſed eã quæ per minotem contingentem poſitam in actu non amittit ueritatem, exẽpli gratia, ſi dixero omne grãmaticũ deambulat. omnem hominem contingit eſſe grãmaticum. hæc quidem ſi ponatur ineſſe, non propter hoc deſtruitur maior, quæ eſt de ieẽ. & propter hoc appello ipſam nõ determinari ad tempus. ſi aũt dixero omne ꝙ mouetur eſt homo. omnẽ aſinum cõtingit moueri, dico ꝙ maior eſt tempore determinata, quia minori poſita ineſſe maior deſinit eſſe uera. contingit aũt hoc ſemper quũ medius terminus poteſt ſuperare maiorem extremitatẽ. ſicut id quod mouere ĩ plus pót hẽre ꝗ hõ. ubi aũt maior nõ excedatur à medio termino dicimus propoſitiones illas eſſe non neceſſarias, ſed de ineſſe non determiatas tempore. Iſta enim omne grammaticum deambulat, non eſt de neceſſario, ut cõſtat, ſed de ineſſe & ſub ipſa ſumatur una de poſſibili. poſſibile ẽ omnẽ hominem eſſe grãmaticum, tunc huius ſyllogiſmi medius terminus non ſuperat maiorem extremitatem. non enim in plus habet grãmaticum ꝗ deambulare, ſed magis. ecõtrario deambulare ĩ plus ꝗ grãmaticũ. Et pp hoc cõtigit ĩ ſimilibus ptopõnib ꝯ minori de contingenti aſſumpta conuerſionem ſyllogiſtico ſequi, quia maior non amittit ueritatem, ſi minor ponatur ineſſe. & breuiter appello ptopoſitiõem de ineſſe temporalem, quæ coniuncta cum ptopoſitione contingente amittit ueritatem, ſi contingens ponatur ineſſe. Et pet hæc patet quomodo ſecũdum Alexandrum ſaluatur mixtura ex ineſſe, & poſſibili. nec

ex uerbis Ariſtotelis quicquā habetur contra ipſum, ſicut forte putauit alfarabius. patet etiā ꝙ theophraſtus, & alii appellāt propoſitiones de ineſſe quaſcunq; exiſtentes ſine modo, & ſimiliter Alexander. licet accipiētibus in mixturis propoſitiōem de ineſſe, non ſit accipiēda propoſitio neceſſaria. nā huius uirtus ē eadem in mixturis cum uirtute, quæ eſt propoſitionis de neceſſario, ut dictum eſt. Sed cum à principio arguebatur ꝙ propoſitio de ineſſe diſtincta, à neceſſaria, cum definite reperitur uniuerſalis, dico, ꝙ Alexander fateretur hoc eē uerum, nec eſſe inconueniens, de hac pertractare cæteris ſpeciebus non prætermiſſis, nec ex eo ſequitur logicam formare propoſitiones deteriores, q̄ faciat ars agricolæ. nam nō ſolum de his pertractat, ſed de aliis. logicus etiam de omni propoſitione conſiderare debet. utrum autem theophraſtus, & alii dicerēt dari propoſitionem uniuerſalem de ineſſe, quæ non ſolum ſit uniuerſalis ī alio tempore, & raro, ſed ſemper dicemus addendo predictis poſitionibus poſitionem auerois, qui propter rationes primi inductas ad utranq; partem in aliam uiam diuertit. Et pro eodem habens propoſitionem de neceſſario ueram, & propoſitionē neceſſariam eā, ſicut deſcribit propoſitio neceſſaria eſt de rebus, quæ ſunt ex neceſſitate quarum altera alteri per ſe inſit, quo quidem modo dicimus, homo eſt animal; neceſſaria propoſitio ē quia prædicatum per ſe ineſt ſubiecto, & ē de rebus, quæ neceſſario ſunt, & talibus propoſitionibus poſſumus ſemper addere modum neceſſitatis, & hoc dictum uerum eſt ſecundum omnem opinionem: Sed propoſitio de ineſſe conuenit quidem cum propoſitione neceſſaria in hoc, quod prædicatū eius actu inie ſubiecto, differt autem ab eadē, quia itellectus in ipſa nō apprehēdit perſeitatē predicati ad ſubiectū. ſicut dicēdo nix eſt alba, coruus eſt niger, eſto enim ꝙ ſemper ita ſit. tamē qa intellectus poteſt intelligere ſubiecta, hæc ſine repugnantia cum oppoſitis. poteſt enim intelligi coruus albus, & nix nigra ſine deſtructione corui, aut niuis. nam eſſentiis talium non repugnant

oppoſita prædictarum qualitatum, eſto enī, ꝙ ſi formatur propoſitio de talibus ſubiectis cum oppoſitis qualitatum earum, quas habent, eſſet falſa. non tamen eſt impoſſibilis, poſſibile eſt enim aliquem coruum non eſſe nigrum. In propoſitionibus autem per ſe ſemper & ſubiecto, & prædicato fit propoſitio neceſſaria, & cū oppoſito prædicati propoſitio abſolutæ impoſſibilis. Et propter hoc dictum ē ab Ariſtotele primo priorum, ubi probat demonſtrationem eſſe ex his, quæ ſunt per ſe demōſtratio, eſt inquit ex neceſſariis omnia, & ſola per ſe ſunt neceſſaria. ergo demōſtratio ex his ē, quæ ſunt per ſe. ubi Ariſtoteles argumētatus eſt ex duabus affirmatiuis. in ſecūda figura propter conuertibilitatem medii termini cum extremitate, & quemadmodum ibi themiſtius ait, quāuis nōnulla accidētia ſint, quæ in eſſe neceſſario ſubſtantiis uideantur, ut albedo niui, quia tamē natura horum eiuſmodi eſt, ut aliquibus non inſint, neceſſario efficitur, ut neceſſaria ſimpliciter credi non debeant, non tamen propter hoc exiſtimo themiſtium cenſere talia accidentia, utputa albedinem niui, neceſſario adeſſe. non enim ita dixit aliquibus non ineſſe neceſſario, ut quibuſdam neceſſario inſint, habemus itaque ex hoc, quomodo aliqua propoſitio poſſit eſſe de ineſſe, & uniuerſalis non determiata tempore, & hoc puto, etiam diceret Alexander, quoniam omnes concederent porphyrio coruum nigrum poſſe intelligi nitere candore, & tamen iſta ſemper uera eſt, coruus eſt niger, & omnis nix eſt alba, quia tamen poſſibile eſt coruum non eſſe nigrum, ſi hoc poſſibile poneretur ineſſe, non ſemper eſſet uerum coruum eſſe nigrum, & propterea aliquo modo poteſt dici tempore determinata, quia per poſſibile uerum poſitum ineſſe, eius ueritas corrumpitur. non ſolum autem ſub propoſitione de ineſſe cōtinere propō quæ in pluribus ē uera nō neceſſaria, ſed ēt ea quæ à poſſibili pōitur ineē ſicut prius ex uerbis Ariſtotelis cōuicimus ī. ſyllogiſmo ducēte ad īpoſſibile facit propoſitionē poſſibilē ī actū reduci, prima tamen, q̄. ſ. ē ſemꝑ uera non neceſſaria, abſolute de

ineſſe dicitur, quia de ipſa poſſunt omnes ſpecies propoſitionum in quantitate formari, quæ non erunt ſolum modo ueræ i tempore determinato, ſed abſolute quantũ eſt ex parte ſui. nõ autem ex parte poſſibilis. quæ uero de poſſibili ponitur ineſſe, dicetur propoſitio de ineſſe temporalis. & hæc quidem eſt duplex. ſicut, & ea à qua deriuatur poſſibilis. dicitur enim poſſibile. uel in maiori parte uel in mĩori parte. Et ſimiliter propoſitio de ineſſe uel eſt in maiori parte uel in minori parte, & propoſitio de ineſſe ſecundum maiorem partem, traducitur à poſſibili ſecundum maiorem partem tẽporis, quando eam ponimus ineſſe. propoſitio aũt de ineſſe ſecundũ minorem partem temporis. deducitur à poſſibili ſecundum minorem partem tẽporis. quum ſimiliter actu ponitur. non eſt aũt arbitrandum Alexandrum uoluiſſe propoſitiõem de ineſſe ſolum eam, quæ deducitur à poſſibili ſecundum minorẽ partem temporis. Et propter hoc iqt auerrois. hoc ergo fuit occultũ alexãdro uel occultum hominibus ex ſermone alexandri, & errauerunt in hoc, & putauerant ꝙ ipſe uoluit hanc inuentam ſecundum paucum. Ex quibus uerbis uidetur dubitare auerrois de poſitione alexãdri, an ſolũ propoſitionẽ de ineſſe poſuerit eam, quæ eſt ſecundum paucum, nam de hoc nõ expreſſe locutus eſt Alexander. tenentibus igitur ſenſiſſe ipſum, id quod ſenſiſſe uidemus auerroim, dicemus propoſitionem de ineſſe non in omni materia poſſe repiri uniuerſalem, qa nõ ĩ materia, quæ deducitur à poſſibili in minori parte, tamen in alia materia põt reperiri uniuerſalis. ſ. in ea, quæ deducitur, à poſſibili ĩ maiori parte, aliqua etiã propoſitio de ĩeẽ deducitur à poſſibili æqualiter, ſicut ea quæ eſt de re cuius materia æqualiter recipit ſuũ oppoſitum. ſicut dicimus de ſomno, & uigilia reſpectu aĩalis. tres igitur, ſecundum hoc ſunt ſpẽs propõis de ineẽ, ut in pluribus æqualiter, & in paucioribus, ſicut & poſſibiles, æqualiter ĩ pluribus, & paucioribus. Et licet propõ de ineſſe, ut in pluribus deducatur. ab ea quæ eſt poſſibilis, ut in pluribus, tamen quæ eſt de ineſſe, ut in pluribus,

ut ſic eſt poſſibilis, ut in paucioribus ut poſſibile diſtinguitur ab ineſſe exempli gratia, oẽ habẽs oculũ uidet, hæc quidẽ uera ẽ, & dñẽ ut ĩ pluribꝰ. poſſibile tamẽ ẽ habẽtẽ oculũ uidere, ſed hoc ẽ poſſibile ut ĩ paucioribꝰ qa ĩ paucioribꝰ habẽs oculũ nõ uidet. Et ẽconuerſo poſſibile, ut in pluribus eſt de ineſſe ut in paucioribus, ut poſſibile eſt matrem habere odio filiũ, hæc poſſibilis eſt ut in pluribus, quia non ut in pluribus eſt actu ſic mater autem odit filiũ eſt de ineſſe in paucioribus, nõ dico autem ꝙ poſſibilis, ut in pluribus nõ ſit de ineſſe, ut in pluribus in eiſdem termis, neq; dicitur ꝙ poſſibilis, ut in paucioribus ſit de ineſſe ut in paucioribus in eiſdẽ terminis nõ diſtinguẽdo poſſibile ab eo ꝙ ĩeſt uel nõ ineſt, nam ſi poſſibile ẽ, ut in pluribus reubarbarę purgare colerã in pluribus reubarbarę purgat coleram & ſi poſſibile eſt in paucioribus reubarbarę nõ purgare colerã etiã in paucioribus reubarbarę nõ purgat colerã, ſed tũc poſſibile nõ ſumitur pro nõ ineẽ & habẽte potẽtiã ad ĩeſſe ſed pro eo ꝙ ĩneſt. Si ãt poſſibile accipiatur ut diſtinctũ ab ineſſe dicimus ꝙ propoſitio poſſibilis in maiori parte temporis ſcilicet qa prædicatum in maiori parte temporis poſſibiliter ĩeſt ſubiecto ipſũ in minori parte temporis ĩeſt ſubiecto, & ẽcõtrario qđ ĩ minori parte tẽporis ineſt pro maiori parte tẽporis eſt poſſibilis ineẽ nõ inhærẽs tamẽ. nam ſic poſſibile & de ineſſe cõſimiliter ſe habẽt hoc ẽ ꝙ poſſibile pro eo qđ ĩeſt poſſibile ut ĩ pluribus ĩeſt ut in pluribꝰ, & poſſibile ut ĩ paucioribꝰ, ĩeſt ut ĩ paucioribꝰ accipiẽdo ãt poſſibile ſecũdũ qđ diſtiguitur ab ĩeẽ & poſſibile, ut ĩ pluribus inerit, ut in paucioribus & poſſibile ut ĩn paucioribus erit ineſſe ut in pluribus. Aduertẽdũ aũt ꝙ quemadmodũ inquit Auerrois & bene. Eſto ꝙ dicamus propoſitionẽ poſſibilẽ ut in pluribus æqualiter, & ut in paucioribus. Et ſimiliter propoſitionem de ineſſe in pluribus æqualiter, & in paucioribus, nõ tamẽ eodẽ reſpectu niſi eadẽ determinatio adſtatur ſecũdũ idẽ quãdo ĩn propoſitiõibus poſſibilibus aſſumimus tales determinationes intelligimus in ordine ad partes ſubiecti ſi habeat, ut quũ

dicimus poſſibile eſt ut in pluribus hominem currere ſignifica
mus, ꝙ pluribus hominibus non ineſt curſus. quibus poteſt in
eſſe, & etiam ſi dicamus. poſſibile eſt omnem hominem curre-
re ut in pluribus ſignificamus plurimos nó currere & eiſdé poſ-
ſe curſum ineſſe, nó autem neceſſe eſt p talé propoſitioné ſigni
ficare nullum hominem currere, dicimus enim poſſibile ut in
pluribus omnem hominem currere paucioribus ex illis curren
tibus, quare ad uniuerſalem affirmatiuam poſſibilem ueram nó
eſt neceſſe correſpondere de ineſſe uniuerſalem negatiuam ue
ram ſed particularem negatiuam, aliquis enim homo nó currit,
ſi poſſibile eſt omnem hominem currere, & ſi dixeris hæc poſſi
bile eſt oém hominem currere cóuertitur in hanc, poſſibile eſt
nullum hominé currere, cóceditur nó tamé neceſſe é poni ieé;
ꝙ nullus homo currat, ſed magis ſuũ oppoſitum, ꝙ aliquis ho
mo currat. Sed contra hoc, qa nullo hoíe currente poſſibile eſt
omnem hominem currere, & ponitur in actu, quod aliquis ho
mo non currat, & conuertitur in hác uniuerſalem negatiuá poſ
ſibile eſt nullum hominé currere, cuius non poteſt poni aliqua
de ineſſe actu affirmatiua, quia iá poſitum, eſt nullũ hominé cur
rere, dicendú forte ſicut ſuperius, ꝙ poſſibile cóuertitur ad poſ
ſibile actu poſitum, & hic poſſibile eſt omnem hominem curre
re cóuertitur in hác, poſſibile eſt nullum hominem currere, ſed
poſſibile cóſequétis é poſſibile í actu poſitú, antecedétis át nó.
Sed hoc nó ſufficit, qa ubi aliq currát, aliq nó currát, poſſibile eſt
oém hominé currere, quæ ad oppoſitas qualitates conuertitur,
poſſibile eſt nullum hominé currere. Et tamen hoc cóſequens
nó ponitur in eſſe, ex quo aliquis homo currit, breuiter eſt di-
cendum ꝙ omnis propoſitio uniuerſalis de poſſibili tali mo-
do accepto cóuertitur in poſſibile poſitum in actu, & hæc poſ
cedens eſſe uerũ quo dicitur aliqua roſa nõ ẽ ſubſtãtia & roſa nõ exiſtente quẽadmodũ facit Ioães Scotus, & ẽt aliq thomiſtarũ & ipſemet Paulus prio poſteriorũ capitulo illo, uerũ qdẽ igitur oportet eẽ &c. & ſcđm hoc ſi cõſequẽs eſt falſũ ẽt antecedẽs eſt falſũ. Sed hãc reſpõſionẽ qdẽ nõ approbo nec puto eẽ uerũ iuxta Ariſtotelẽ & Auerroi hãc eſſe uerã roſa eſt ſubſtãtia roſa non exiſtẽte ſicut mõſtrabimus in cõſequẽtibus nõ eſſe hoc pipateticis cõſentaneũ, ꝗuis Albertus expreſſe id aſſerat, unde puto aliter reſpõderi debere caſu poſito, antecedẽs eſſe uerũ. ſ. aliqua roſa nõ eſt ſubſtãtia. & quũ dicitur cõuertens eſt falſa, hæc. ſ. aliq nõ ſubſtãtia non eſt nõ roſa negatur hoc, imo uera, ſignificat. n. hoc ꝙ aliqd qđ non eſt ſubſtãtia eſt roſa, & hoc eſt uerũ. nã roſa ipſa nõ exiſtẽs nõ eſt ſubſtãtia. & eſt roſa ſicut cæcitas eſt cæcitas non ens eſt non ens, ita roſa quæ non exiſtit eſt roſa & breuiter, ita de hac fit prædicatio ſicut prædicatur negatio de negatione & priuatio de priuatione & quũ probatur eſſe falſam ex eo qđ ſua cõtradictoria eſt uera negatur ꝙ ſua contradictoria ſit uera, & quum ulterius dicitur hæc eſt uera, omnis non ſubſtantia eſt non roſa, & hæc eſt ſua contradictoria, conceditur quidẽ quod contradictoria ſit, negatur aũt quod ſit uera, non enĩ uera eſt caſu poſito, quod roſa non ſit hæc, omnis non ſubſtãtia ẽ non roſa, & ſi probetur ꝑ exponentes ſic, aliqua non ſubſtãtia eſt non roſa, hæc conceditur, quia albedo non ſubſtãtia exiſtẽs eſt non roſa, ſed negatur reliqua expoſitiones hæc, uidelicet & nihil ẽ non ſubſtãtia, quũ illud ſit non roſa, quia ſuũ contradictorium eſt uerũ, uidelicet aliquid eſt non ſubſtãtia, & tamẽ illud non ẽ non roſa. i. eſt roſa ſicut de roſa non exiſtẽte prius dictũ eſt, ꝙ eſt non ſubſtãtia, & tamen ẽ roſa, & ſi dicitur, roſa non exiſtens ẽ nõ ſubſtãtia, ergo roſa nõ exiſtẽs ẽ, dicitur negãdo, conſequentiam, & hæc fuit cã quæ paulũ decepit. Arbitratus, eſt enĩ eam ualere à tertio adiacente, ad ſecundũ adiacens, ſed nos dicimus terminũ ĩfinitũ prædicari tã de ente ꝗ de nõ ente, ut patet prio περὶ ἑρμηνείας capitulo de noĩe, & ꝑꝑ hoc nõ ualet conſequẽtia à ter

tio adiacēte ad ſcđm adiacēs cū termino infinito, & p hæc patet reſpōſio ad primū argumētū, ad ſcđm aūt argumētū dicitur cōcedēdo, ꝙ hæc ē uera, chimæra nō eſt aīal, & negatur, ꝙ conuertens ſit falſa, hæc aliquod non aīal non ē non chimæra, imo etiā hæc ē uera, ſignificat. n. ꝙ aliqd, ꝙ nō ē aīal, eſt chimæra, qđ uerꝝ eſt, nam chimæra eſt nō aīal, & eſt chimæra, quum aūt dicitur ſuum contradictorium uerum, negatur quod ſit uerꝝ ſuum cōtradictorium, hoc uidelicet omne non aīal eſt nō chimera, nec huius exponētes omnes ſunt uere, exponitur enim ſic aliquod non animal eſt nō chimæra & hæc uera eſt, quia lapis non animal exiſtens eſt non chimæra. Sed ſecunda eſt falſa hæc uidelicet quæ dicit & nihil eſt nō animal quin illud ſit nō chimæra, qa ſuum contradictoriū eſt uerꝝ. ſ. aliquod eſt non aīal & illud non eſt non chimæra, quia chimæra ē non animal & chimæra non eſt non chimæra, hoc eſt chimæra eſt chimæra. Sed eadē ratione qua prius Paulus deceptus eſt, putauit enim hanc non eē ueram chimæra eſt non animal, ex quo chimæra non eſt, & ſic cōceſſit exponentes illius uniuerſalis eſſe ueras uidelicet illius, omne non animal, eſt non chimæra, tu āt habes quo modo illa ſit uera chimæra, eſt non animal, & ſic patet reſponſio ad ſecūdū argumētū. Ad tertiū qdem ſimiliter patere poteſt reſponſio, nā quū dicitur hæc ē falſa, oīs chimæra ē aīal conceditur. Sed nega gatur ꝙ hæc ſit uera oē nō aīal. ē nō chimæra, nec hoc patet pſu as exponētes cū ſcđa falſa ſit ut mōſtrauimus ī priori reſpōſione ǭre & antecedēs & cōſequēs cōſimiliter falſa ſūt, nā hæc falſa eſt oīs chimæra ē aīal, & hæc rurſus ē falſa. oē nō aīal eſt nō chimæra, ſicut mōſtrauimus, & ſic patet reſponſio ad obiecta. patet etiā quod ſit conuerſio per contrapoſitionē, quia eſt trāſpoſitio ter minorum finitoꝝ in infinitos quantitate non mutata uel deter minatiōe. patet ēt ꝙ hac cōuerſiōe propōnes cōuerti habeāt, qa uniuerſalis affirmatio & pticularis negatio unū. poſtremo non ignorādū eſt ab Ariſtotele hanc non fuiſſe poſitam conuerſio nem, nam nullus ſyllogiſmus ad aliud per hanc conuerſionem

reducitur. Boetius autẽ hanc poſuit ueluti uolens omnem modum conuerſionis in terminis exiſtentem ponere uel melius. quia uoluit modum conuerſionis omnem ponere, quæ eſt inter propoſitiones, quæ eodem ordine participant, & ſic cum dei adiutorio habes quõ in propõnibus de ineſſe cõuerſio fiat

An conuerſio ſit inſtrumentum aliquod faciẽs fidẽ.

Quia eo modo quo per ſyllogiſmos probamus intentum quod prius fuerat dubium per conuerſionem uero de quibus dubitari poteſt an ſit ueri ſyllogiſmi, probamus ueros eſſe. conuenienter quærere conuenit de conuerſione, quum per ipſam certificemur de quæſito, an ſit inſtrumentum aliquod ad ſcientiam. Et iuniores quidem ferè omnes dare pleriſque diſtinctionibus dicunt conuerſionem aliquam eſſe conſequentiam formalẽ, neq; ulterius determinãt qualis ſit, an ſyllogiſmus, an ẽthymema, an ĩductio uel exemplũ, neq; determinat quo pacto diſtincta conſequentia ab iſtis ſit ſi eo conceſſerint conuerſionẽ eſſe conſequentiam diſtinctam à quauis prædictarum, quod autem non ſit ſyllogiſmus patet, quia ex duabus propoſitionibus cõſtat ſyllogiſmus & concluſione per illas illata, non etiam inductio, quæ proceſſus eſt à ſingularibus ad uniuerſalem, neq; exẽplum quod ab uno ſingulari ad aliud procedit, nam cõuerſio nõ à ſolis ſingularibꝰ eſt ad ſingularia uel ad uniuerſalia. Sed etiam ab uniuerſali ad uniuerſale & ab uniuerſali ad pticulare, nõ etiã enthymema uidetur eſſe, quia quemadmodum ſcribit Albertus. Si cõuerſio eſſet enthymema, oporteret ipſũ reducere ĩ ſyllogiſmum imperfectum, non quidem, quod neceſſario omne enthymema reducatur in ſyllogiſmum imperfectum, aliqđ enim reducere in ſyllogiſmum perfectum, ſicut dicendo, omnis homo currit, igitur omnis homo mouetur maiori accepta, hoc omne currens mouetur, & accepto antecedente enthymematis pro minori, omnis homo currit. ergo omnis homo mouetur ubi factus eſt ſyllogiſmus pfectus, ſed quia conuerſio hæc

nullum.B.eſt. A.ergo nullum,a.eſt.b. accepit mediũ terminũ uel.a.uel.b.& ſi quidem acceperit ipſum.b.impoſſibile erit cõcludere in uirtute enthymematis ꝙ nullum.a.eſt.b.quia in tertia figura non cõcluditur uniuerſalis,nec negatiua,nec affirmatiua. Si uero accipitur medium,ipſum.a.ut dicamus nullũ.b eſt.a.omne.a.eſt.a.ergo nullum.a.eſt.b. ſecundum ſyllogizationem ſyllogiſmi,qui fit ex oppoſitis,in hoc ꝙ idẽ terminus hẽt duplicem rationem. In prima figura fieri nõ poteſt, ſicut neq; ſyllogiſmus ex oppoſitis. Erit igitur ſolum conuerſio enthymema tale.i.qđ ẽ reducibile ad ſyllogiſmũ ſecũdæ figuræ et priõ quidem loquendo de conuerſione uniuerſalis negatiuæ, in cuius uirtute eſt alia oĩs conuerſio propoſitionum de ineſſe, et de neceſſario,quia,igitur accepto tali ſyllogiſmo,nullũ.b.eſt.a.oẽ.a.ẽ a,nullum.a.eſt.b.non poſſumus uere hunc ſyllogiſmum perficere reducendo ipſum per conuerſionem maioris,in prima figurarũ hoc modo,nullum.a.eſt.b.omne.a.eſt.a.nullum.a.ẽ.b. hic enim ſyllogiſmus uere non eſt,quia idem ſumitur in oſtenſione ſui ipſius,& conuerſio perficeretur per ſe ipſam.·.dicẽdũ ꝙ conuerſio aliqua,eſt enthymema ,quod probatum eſt non poſſe perfici,niſi ꝑ ſyllogiſmum imperfectũ ſecundæ, qui ut ꝑficiatur accipit concluſionem probandã aliqua uniuerſali præmiſſarum conuerſa,utputa negatiuam. Eodem modo dicẽdũ de conuerſione uniuerſalis affirmatiuæ,ipſa.n. eſt enthymema in ſyllogiſmum imperfectum tertiæ figuræ,ut addendo,omnis homo eſt animal,ergo aliquod animal eſt homo,medium ſumi debet homo,ut fiat ſyllogiſmus in tertia figura, hoc modo, oĩs homo eſt homo,omnis homo eſt animal,ergo aliquod animal eſt homo,ubi conuerſa minore quod concluditur, aſſumitur ĩ reductione ad primam figuram. De particulari autem affirmatiua,dico conſequens in conuerſione ipſius non poſſe ſyllogiſtice concludi,nec poſſibile eſſe, ut conuerſio talis reducatur, in formã ſyllogiſticam antecedẽte conuerſionis accepto pro maiori. Si enim poſſet,aut eſſet in prima figura,aut in tertia,ĩ ſe

cunda enim non concluditur affirmatiue, in prima ãt concludi
non põt, aliqđ aĩal eſt homo, accepta hac aliquis hó eſt aĩal pro
maiori. in pria. n. figura maior non poteſt eſſe pticularis, nec etiã
pro minori accipi poteſt, ad concludendã hãc, aliquod aĩal eſt
homo, oporteret. n. mediũ terminũ eẽ aĩal, qui ſumeretur i uni-
uerſali affirmatiua pro ſubiecto, ex quo prædicatur in minori, &
de ipſo oporteret prædicari hoĩem, ex quo eſt prædicatũ con-
cluſionis, ſic dicẽdo oẽ aĩal eſt homo, aliquis homo eſt aĩal, er-
go aliquod aĩal eſt homo, ſed maior eſt falſa, & ſyllogiſmus non
eſt in tribus terminis tantũ. In tertia aũt figura, ubi particularis
affirmatiua concluditur, & aliqua præmiſſaꝝ eſt parricularis, ſi
particularis eſt maior. dicemus reducentes, ſi poſſibile eſt hanc
conuerſionem, aliquis homo eſt aĩal. ergo aliqđ aĩal eſt hó, faciẽ
tes hãc aliqs hó eſt aĩal, eſſe maiorem, cuius medius terminus eſt
hó. deĩde ſumemus uniuerſalẽ affirmatiuã, oĩs hó eſt, hó pro mi
nori, ex qbus nihil aliud concluditur, q̃ aliqs homo eſt aĩal. ſi ue
ro uniuerſalis ſumatur pro maiori, & particularis pro minori, cõ
cludetur cõſequens cõuerſionis in tribus terminis, ſicuti prio-
ribus. Ex quibus patet conuerſionẽ uere dici non poſſe enthy
mema, qa non põt reduci in ueꝝ ſyllogiſmũ, prædicti ãt qui ui-
dentur fuiſſe ſyllogiſmi, non ſunt ſyllogiſmi, ſicut nec, ſyllogiſ-
mi, ex oppoſitis, ad cuius ſimilitudinem terminum alterum, ſub
duplici ratione accipiũt, de ſyllogiſmis qdem ex oppoſitis ali-
qd diximus in definitione ſyllogiſmi, prio prioꝝ. Dicamus igi
tur nos conuerſionẽ, cõſequentiã eſſe neceſſariã ĩ eiſdẽ terminis
ordine trãſpoſito, neq; ſyllogiſmũ eſſe, uel enthymema, uel in-
ductionem, uel exemplum, nã hoꝝ unũ qdq; fidem faceret de
conſequente. Conuerſio ãt ipſa nullam fidem facit de eo ꝙ cõ
ſequenter locum obtiet. Si. n. dixero nullum. a. eſſe. b. quia nul-
lum. b. eſt. a. ſtatim mentiar. non. n. poſſibile eſt utraq; exiſtente;
ex eiſdem terminis præciſe unam de altera fidem facere, prop-
ter tranſmutationem terminoꝝ uel ordinis diuerſitatem, ordo
quidem in terminis, qui fit ĩ diſtinctis propoſitionibus, aliquid

ad fidem producendá facit.ſed ubi iidem fuerint termini pror
ſus nullo ſupaddito qđ uim obtineat medii, dicendum ex tali-
bus nihil probabilitatis apud in intellectum cauſari. æq̃liter enī
in cõuerſióe uniuerſalis negatiuæ.una poteſt antecedés eſſe, uel
altera, quod non contingit in ſpeciebus argumentationum in
quibus fides fit. Non enim ſicut in ui enrhymematum proba-
bilis eſt, ꝙ ſi aliquid currat, quod moueatur eodem modo pro
babile eſt, quod ſi aliquid mouetur, quod currat & eodem mo
do dicatur de aliis ſpeciebus argumentationis. Sed eſto etiam
ꝙ propoſitio ipſa conuertenda magis nota ſit, quam illa in quá
conuertitur. non propterea ſequitur, ut de illa in quam conuer
titur. fidem faciat, propoſitiones tamen inter quas fit cõuerſio,
etiam ſi inter ſe non cauſent fidem altera, reſpectu alterius. una
tamé illarꝫ adiuncta cũ tertia facit de aliquo latiſſimá euidentiá,
quæ ab altera cum eadem non fieret, ſicut patet in reductione
Syllogiſmorum imperfectorum ad perfectos. Eſt autem neceſ
ſaria conſequétia á conuertenda ad conuertenté, quia una nó
poteſt eſſe uera ſine alia, & ſunt de eiſdem terminis, & per hæc
patet reſponſio ad obiecta.

Quæſtio prima de conuerſione propoſitionum de ineſſe
in qua continetur reprobatio iuniorum de Ampliatione.

i N conuerſione propoſitionum de ineſſe, tria princi-
paliter faciunt dubitationem. primũ argumentũ Aui-
cenæ quod eſt de uniuerſali negatiua. nó. n. uidetur cõ
uerti, nullus hó eſt ſcribens, nullũ ſcribens eſt hó. Eſt. n. uerum i
aliqua hora, ꝙ nullus homo eſt ſcribés, & pro eadem hora non
eſt uerꝫ nullũ ſcribens eſt hó, ſecundum propoſitiones de præ
dicato obliquo non uidentur conuerti. non enim conuerti-
tur. nullus murus eſt in clauo, nullus clauus eſt in muro, & aliæ
conſimiles. Tertium propoſitiones de uerbo, uel participio,
de præterito, uel de uerbo & participio, de futuro. non enim

uidetur ſequi, ꝙ ſi nullum album, fuit ſocrates, ꝙ Socrates nō fuerit albus. poſito enim ꝙ ſocrates nunc nō ſit albus, fuerit tamen aliquando albus, manifeſtū, eſt ꝙ nullum albū ex iis, quæ nunc ſunt, fuit ſocrates, & tamen ſocrates fuit albus. Et eodē modo aliquis homo eſt mortuus, non cōuertitur aliquod mortuū eſt homo. de uerbo quoq;, de futuro non uidentur cōuerti. nō enim ſequitur; ꝙ ſi uirgo erit prægnās, ꝙ ſimiliter prægnans erit uirgo. nec ſi uirgo eſt futura meretrix, ēt meretrix eſt futura uirgo, pro p̄io ſciendū eſt, quod argumētū auicennæ de uniuerſali negatiua accipit prædicatū ſcribens in actu, & non in̄ potentia. nā ſi accipet, ut dicit potentiā, propoſitio cōuerteretur, & tā antecedens q̄ conſequēs eſſet falſum, nā falſum eſt, ꝙ nullus hō ſit ſcribens in potentia, & eodē mō falſum eſt, nullū ſcribens in potentia eſt hō, quū igitur ipſe accipiat li. ſcribens actu, tunc petit ſibi hanc difficultatem diſſolui, an prædicatū, quod neceſſario ineſt alicui ſubiecto poſito ineſſe, inſit eidem, eſto ꝙ nō ſit, exēpli gratia, an ſicut ſcribens quādo eſt, neceſſario eſt hō, ſimiliter quādo nullus eſt actu ſcribens, neceſſario ſcribēs ſit hō. uel quare ſicut hōi poſito ineſſe, non ineſt ſcribere. non tamē ſcribenti in actu non poteſt nō ineſſe hō, dicamus ſecundū ſñiam Ariſtotelis, Auerrois, themiſtii, & aliorꝝ peripateticorꝝ, ꝙ poſito, ꝙ nullus actu ſcribat, hæc propoſitio non eſt uera, ſcribens eſt hō, Et poſito, ꝙ hoc ſit uerꝝ, nullus hō ſcribit, uerꝝ eſt etiā, ꝙ nullū ſcribens eſt hō, quod ſi ita eſt, ſolutū erit argumentū Auicennæ, antecedente. n. exiſtente uero, & id qđ loco conſequentis aſſumitur, erit uerꝝ, nā ſi uerꝝ eſt, ꝙ nullus hō ſit ſcribens, uerꝝ erit, ꝙ nullum ſcribens eſt homo. Hi āt qui tenent ſine conſtantia ſubiecti poſſe prædicatum eſſētiale ſubiecto ineſſe, imo neceſſario ineſſe, neceſſe eſt tale argumentū diſſoluāt. Videamus nunc, an uerum ſit quod diximus ſecundū Ariſtotelem Auerroim, & cæteros. Et dicamus ꝙ Ariſtoteles in prædicamento ſubſtātiæ inqt, ſi aīal prædicatur de hoīe, ergo & de aliquo homine, nā ſi de nullo aliquorꝝ hominū, nec omnino de homīe.

Ex qbus uerbis Ariſtotelis uidetur haberi. ꝙ ſi aliquod prædi-
catū prædicatur de uniuerſali aliquo neceſſario etiā prædicatur
de aliquo inferiori ſub illo uniuerſali. In oppoſito igitur ſi hō
prædicatur de ſcribente prædicabitur ēt de aliquo ſcribēte. Sed
poſitū eſt. ꝙ nullus hō ſit ſcribens & cōſequēter. ꝙ nullū ſcribēs
ſit. ergo uerū ꝙ nullū ſcribēs ſit hō. Sed forte cōcedetur. ꝙ nul
lo hoie ſcribente. nullus ſcribēs eſt. & negabitur cōſequētia nul
lū ſcribēs ē. ergo nullū ſcribēs eſt hō. q̄re cōceditur aliquod ſcri
bēs eſt hō. Eſto ꝙ aliqd ſcribēs non ſit. cōtra hoc qa deſtruitur
alia regula cōuerſiōis particularis propōnis. ſi. n. ē uerū. ꝙ aliqd
ſcribens eſt homo. uerum erit ꝙ aliquis homo eſt ſcribens. poſi
tum autem erat. ꝙ nullus homo eſt ſcribens. igitur falſum eſt. ꝙ
aliquis homo ſit ſcribens. aliter enim & contradictoria eſſent ſi-
mul uera. patet etiam ſecundum ſententiam Ariſtotelis in ſecū
do periermenias. ubi inqt quod a prædicatis coniūctis ad præ
dicata diuiſa (ubi non ſit oppoſitio in adiecto. uel non prædi-
cetur eſſe ſecundum accidens) tenet conſequētia. Si igitur iſta
eſt uera. omne ſcribens eſt homo. eſto quod nullus homo ſcri-
bat. tunc ualebit conſequentia. ergo omne ſcribens eſt. uel ali-
quod ſcribens eſt. conſequens autem eſt falſum. poſito. ꝙ nul-
lus homo ſcribat. igitur & antecedēs. omne uel aliquod ſcribēs
eſt homo. conſequentia patet. quia quum dicitur ſcribens eſt
homo. non eſt oppoſitio in adiecto. ut conſtat. nec prædicatur
eſſe ſecundum accidens ex quo prædicatum eſt de eſſentia ſub
iecti ſi ſubiectum eſt. prædicari autem ſecundum accidens ni-
hil aliud intellexit Ariſtoteles quā quādo copulæ additur præ-
dicatum accidētale. quod poteſt dici de re eſſe ſi non ſit. ſicut
dicimus. Homerum eſſe poetam. quia remanet Homerus ſecū
dum poeſim. eſto quod ſubſtātialiter ſit corruptus. & ſimiliter
dicimus chimærā eſſe opinabilem uel imaginabilem. talia enim
etiā remanent icorrupta ſubaliter. & propterea non ſeqtur. uel
Homerū eſſe. uel chimerā eſſe. nec dicatur. ꝙ i propoſitiōibus.
in qbus prædicatū eſt eſſentiale ſubiecto. ꝙ eſſe prædicatur ſe-

cũdum accidens, tum qa tale prædicatũ eſt extraneũ ipſi eſſe, ſecũdũ ꝙ prædicatur non aliud adiacẽs, quũ.n. dicitur, hõ eſt aĩal li. aĩal extraneũ efficit li. eẽ ab eo qđ ſignificat, q̃n do prædicatur ꝑ ſe nihil tertiũ adiacens, tũ ẽt qa tale prædicatũ ĩ ſuo eẽ nõ põit eẽ ſimpliciter hoc ẽ hoĩem eẽ aĩal, nõ dicit hoiem eẽ, & pp hoc appelleſ ſcđm adiacens, nã ſcđm hoc ſeqretur, ꝙ oẽ prædicatũ eẽt ſcđm adiacẽs, ipſi.n. eẽ qđcũq; prædicatũ addatur, erit ſecũdũ adiacẽs tali mõ. i. ĩ extraneitate ad eẽ ĩ ſcđo adiacẽte. Si.n. dixero ſocrateſ ẽ albꝫ li. albꝫ facit li. eẽ extraneũ, nõ.n. quũ dicitur, ſocrates ẽ albꝫ ĩtelligimuſ ſocratẽ eẽ, ſed eẽ talẽ, & eodẽ mõ ĩ q̃libet propõned li. ẽ adiacẽte tertiũ, nec ualet dicere, ꝙ tale prædicatum ſecundum ſuum eſſe non ponit eſſe ſimpliciter, qa poſſemus hoc dicere de quocunq; prædicato. Diceret enim quis, ꝙ oĩs propoſitio de uerbo eſt adiacente tertium. ipſi tertio adiecto accidit eſſe ſimpliciter, ex quo enim li. eſt, dicit ſolam unionem prædicati cum ſubiecto, nõ ãt per ſe & ſolitarie prædicatur ſicut quãdo nõ adiacet tertium accidit ſibi dicere exiſtentiã, unde dicendum eſt, ꝙ q̃uis uerum ſit ꝙ hoc uerbum eſt quãdoq; prædicetur ſecundum ſe, ſicut cum dicimus ſocrates eſt quãdoque, aut nõ prædicatur ꝑ ſe ſed quaſi alteri adiacet, ut apprædicatum. Et ut græci dicũt προσκατηγορουμενον. & quãdo prædicatur ꝑ ſe per ipſum nihil aliud intelligimus q̃ exiſtentiã ſubiecti de quo prædicatur, quum uero prædicatur ut adiectum, tertio licet per ipſum nõ intendat, qui loquitur dicere ſubiectum eſſe in rerum natura, ſed attribuere prædicatum ſubiecto mediante hoc uerbo eſt, non tamen poteſt tale prædicatum attributum ineſſe, niſi ipſum ſubiectum ſit, ut cum dico. homo eſt animal, licet non intendam dicere. quod homo ſit, tamen homo non poteſt eſſe animal niſi homo ſit. Et dicere, quod hoc eſt uerum in propoſitionibus, in qbus prædicatur antecedens de ſubiecto, nõ ãt in qbus prædicatur prædicatum eſſentiale ſubiecti de ſubiecto. accidentia.n. nõ poſſũt ieſſe ſubiecta, niſi ipſa ſubiecta exiſtãt, ĩ ſubſtãtialibus ãt nõ reqritur exiſtentia extremo

rũ ſed ẽ ſufficiẽs unio extremoꝝ quæ eſt neceſſaria. eſto qđ ſub-
iectũ nõ exiſtat, ũ ẽ benedictũ, qa ſi hæc propõ ẽ uera hõ ẽ aĩal,
nullo homine exiſtente ſicut uera eſt ipſo exiſtente, nõ autem
modo quo dicimus negatio eſt negatio, cæcitas eſt priuatio, &
de aliis ſimilibus, in quibus ueritas ſolum propoſitionis eſt, nul-
lam autem eſſentiã ponit ſubiectum, uel prædicatum, tunc ne-
ceſſe erit. ꝙ homine non exiſtente homo dicat eſſentiam ali-
quam, aliter uerificaretur hoc prædicatum animal de homine
ſic priuatio de cæcitate, in quo ĩtellectu conſideremus aĩal de
homine prædicari, & tunc animal eſſet nomen æquocum reſpe
ctu hominis non exiſtentis & ex terminoꝝ animalium exiſten-
tium. Sed ipſi concedunt eſſe ueram in eo ĩtellectu, in quo ue-
ra eſt, ſi homo exiſteret, & tũc oportet ꝙ homo & aĩal dicãt eſ-
ſentiã aliquã, tunc ſi cã neceſſaria & ĩmediate ipſius eſt exiſtere
eſt eſſentia particularis, ſed in prædicta uerba Ariſtotelis homo
non poteſt eſſe aĩal, niſi aliqs homo ſit aĩal, ſi eſſentiã concomi
tatur eſſe neceſſario, ſequitur ꝙ, prædicta propoſitio non pote
rit eſſe uera ſecundum ꝙ li. eſt dicit naturã rei. Sed ſolum ſecun
dum ueritatem propoſitionis. Et forte eſſe conſequitur quãli-
bet naturã ſicut propria paſſio ſubiectum & eſt eius effectus ne
ceſſarius, Auerrois quoque, ſicut præinductum eſt in alia quæ-
ſtione propoſitio compoſita ex ſubiecto diſpoſito a parte ſub
iecti, & ex alio eſſentiali pro prædicato, eſt propoſitio partim
neceſſaria, & partim de ineſſe, neceſſaria quidem ſecundum
ſubiectum diſpoſitionis. quod enim ſupponitur ſcriptioni eſt
quod eſt homo neceſſario, ſecundum autem quod ſcribens ſi-
gnat ſuper hominem ĩ hora ſolum ĩ qua eſt ſcribens, tunc ſecun
dum Auerroim iſta propoſitio, ſcribens eſt homo, eſt uera ſolũ
in hora in qua eſt ſcribens. Et ſimiliter prio prioꝝ aliq̃ propoſi-
tiones dicũtur abſolutæ neceſſariæ, quia ſũt de termĩs neceſſa-
riis & ſemper ſe habenti eadem diſpõne, aliq̃ãt dicũtur neceſſa
riæ quoniã q̃tenus ſubiectũ eſt prædicatũ illi ĩſit, & iſte non ne-
ceſſariæ ſunt, ſed ĩ eſſe. Si igitur ponatur ſecundum Auerroĩ, ꝙ

nullus homo exiſtit, non admitteré caſum, admiſſo autem caſu ita reſponderé de ueritate propoſitionis, hó eſt aial, ſicut prædictum eſt. Themeſtius quoq; in prio poſteriorũ capitulo .xix inquit, quæ enim cõfirmatio eſſe pót concluſionis. i cuius ſubiectum diſſolubile ſub ciſiuũq; hẽatur, & cui prædicatũ neque ſemper neq; ſimpliciter, ſed mõ inſit, modo non iſit, uerbi gratia, ineſt ſocrati, uel aial ſit, ſed nũc, nec quia Socrates eſt, ſed qa homo eſt. Ex quibus uerbis themiſtii liquet ſocrati, & aliis indiuiduis non ineſſe poſſe prædicata eſſentialia, niſi exiſtát, nec dico ꝙ cauſa, quare ſocrates ſit hó, uel aial ſit, eſſe ſocratis. Sed ꝙ Socrates nõ pót eſſe homo niſi ſit, ſicut terra non pót íterponi inter ſolem & luná. niſi Eclypſis ſit, quamuis Eclypſis nõ ſit cauſa interpoſitionis terræ inter ſolẽ & luná, ſed magis ecõtrario. Sed de hac materia alibi plenius dicetur, & iá multa ſcripſimo in primo phyſicoꝝ contra Burleũ. hæc tamen quæ dicta ſunt, ſufficiát pro ſolutione argumenti Auicennæ, ad qđ Auerrois talẽ ſolutionẽ inuit qualẽ prædiximus.

De ſecũdo át dubio. Intelligendũ ẽſt ꝙ in propoſiõtibus i qbus prædicatũ ẽ, adiacet tertiũ ſiue illud tertiũ ſit i recto. Siue i obliquo, ſemp eſt. prædicatũ eſt cũ illo tertio. Sed differẽtia ẽ, quia ſi tertium eſt in recto. idem denotatur per li eſt, prædicato quod denotaretur, ſi reſolueretur in participium remanẽte eodem prædicato, ut ſi dixero, Socrates eſt homo, Socrates ẽ exiſtens homo, & ſimiliter quo ad conuerſionem non refert dicere. exiſtens homo eſt Socrates, & homo eſt ſocrates, ubi autem prædicatum fuerit in obliquo. Idem quidem ſignificat propoſitio reſoluto uerbo in participium, & non reſoluto, ut Socrates uidet platonem, & ſocrates eſt uidens platonem. non tamẽ fit conuerſio ſine reſolutione uerbi in participium, ut dicamuſ Platonem uidet Socrates, hæc enim non eſt conuertens illius. Socrates uidet platonem, ex quo idem ſubiectum ac prædicatum utriuſq; remanet, nec ſi dicatur. plene uidet ſocratem eius erit conuerſio, poteſt enim una eſſe uera, & non alteta. Eodem

modo de hac, clauus eſt in muro, non conuertitur in hanc: in muro eſt clauus, propter eandem cauſam. Sed oportet accipere id, i. quod reſoluitur uerbum cũ eo, quod adicitur, ut uidens Platonem eſt Socrates. Et exiſtens in muro eſt clauus, ratio aũt ẽ quia termini in obliquo nõ poſſunt reddere ſuppoſitũ uerbũ ſum es eſt. quod includitur in oĩ uerbo adiectiuo. Et quis ſẽper uerbum ſit pars prædicati, ubi prædicatur. tertium adiacens, ni hilo minus non oportet ipſum in conuerſione fieri ſubiectum ĩtelligitur. n. ſemper cõuerſio ĩ termĩs mediãte nota copulatõis, quæ ſemper adiacet prædicato, qualitercunq; ĩ terminis fiat mutatio. Et per hæc patet reſponſio. ad ſecundũ dubium. Ad id autem, quod tertio obiicitur, dicendum, quod ſubiectũ cuiuſcunq; propoſitiõis de uerbo, de præterito, uel de eius participio ſemper ſtat pro eo quod fuit, niſi addatur aliqua determiatio, ſiue in præſenti ſit, ſiue non ſit. utrunq; enim horum poteſt ſibi accidere, ut ſi dixero Socrates fuit albus, ſiue modo Socrates ſit, ſiue non ſit, modo fuerit aliquando ſub albedine, dico hanc propoſitionem eſſe ueram, Socrates fuit albus. Et neceſſe eſt in præterito aliquando ſocrati inhæſiſſe albedinem, non aũt neceſſe eſt ſemper pro quocunq; tempore præterito. Si autem propoſitio ſit negatiua, ut Socrates nõ fuit albus, neceſſe ꝙ nullo tempore præterito fuerit albedo in ſocrate, niſi in ipſa negatiua, tempus præteritum determinetur. Ad propoſitum igitur dico eſſe neceſſe, ꝙ nullum album fuit ſocrates, ꝙ Socrates nõ fuerit albus, nam ſi album ſtat pro albis de præterito, non autem pro albis de præſenti, nihil autem prohibet etiam uerificari pro albis de præſenti. Sed hoc accidit prædictæ propoſitioni, non enim hoc erat de intellectu eius, nec accipimus ſingularia ĩ propoſitiõe de præterito, quæ ſunt exiſtentia in quantũ exiſtentia. Sed quæ fuerint, ſiue nunc ſint, ſiue non, maxime autem hoc ẽ in propoſitionibus quarum ſubiecta non ſunt, denominatiua ſicut concreta ſubſtantialia, ut homo fuit rex. In denomĩatiuis uero & accidentalibus, poſſumus diſtinguere tales propoſitio

nes, aut enim eorum ſubiecta accipiuntur penes id, quod ſignificatur, aut penes id quod denoīant, & ſi uno mō ſumātur i cōuertenda. Eodem modo ſumantur in conuertente. Sicut quū dicimus, nullū album fuit Socrates aut ſumitur li albū, pro eo quod denominat, aut pro eo quod ſignificat. Si pro eo quod denominat, tunc quidem neceſſe eſt denoīatum accipi pro eo quod fuit, ſi propoſitio ſit de uerbo uel participio præteriti tēporis, cui poteſt nunc talis denoīatio inhærere. Et in hoc etiam ſenſu talis propoſitio conuertitur. ſi enim nihil, quod nunc eſt album fuit Socrates neq; ſocrates unquā aliquod tale fuit, cui albedo nunc ineſt, unde talis propoſitio accepto ſubiecto in tali intellectu. ſ. pro denominato, cui talis modus nunc ineſt. ē quaſi propoſitio partim de præſenti, & partim de præterito. & pro quāto accipitur hoc modo conuertitur, eo modo quo dictum eſt. Si autem accipiatur, li album pro eo ꝙ ſignificat principaliter, tunc neceſſe eſt, ſumatur pro ſuppoſitis de præterito. & in hoc ſenſu cōuertitur, & eſt uerum, quod ſi nullum album fuerit Socrates, quod Socrates non fuerit albus; ſiue alba de præſenti ſint, Socrates ſiue non. utrunq; enim poteſt contingere. Et eodem modo dicatur de participio de præterito. ut homo eſt mortuus, li homo ſupponit pro homine præterito, ſiue ſit, ſiue nō, accidit aūt in tali propoſitione, ꝙ nō ſit. ſicut in alia quod ſit. ſicut dicēdo, homo deambulauit poſito ꝙ is qui deambulauit, etiam nūc ſit, uel ſi dicatur hō eſt uulneratus, ſtat li homo pro hoīe qui fuit, eſto ꝙ nunc etiam ſit. Et per hæc patet reſponſio ad oīa ſimilia. Si enim cōceditur, ꝙ nullum uidēs fuerit cæcus. etiā conceditur ꝙ nullus cæcus fuerit uidens, diſtinguendo tamen prius de li cæcus, quia ſi accipitur pro ſubiecto denominationis, uerum eſt, ꝙ nullum ſubiectum cæcitatis fuerit uidens, ideſt ſubiectum uiſionis. Si uerum eſt quod nullum uidens uel ſubiectum uiſionis fuerit, id quod eſt ſubiectū cæcitatis. Et ſi aliquod quod nunc eſt ſubiectum cæcitatis fuerit uidens, etiam aliquod quod fuerit uidens, fuit id quod nūc

eſt ſubiectum cæcitatis. pro his autem quæ ſignificant iſta noīa cæcus & uidens, ſi nullus uidens fuit cæcus, nec ullus cæcus fuit uidens. eſſet enim uera aliquando de præſenti, cæcus eſt uidēs, ſi eſſet uera de præterito. non enim eſt imaginādum, quod ſumptis terminis, pro his quæ ſignificant, li cæcus accipiatur pro cæco. de præſenti, & li uidens prouidēte de præterito. quū dicitur nullus cæcus fuit uidens, & propter hoc appareat propoſitio falſa, Sed uterque accipitur pro præterito, & cæcus pro cæco de præterito, & uidens pro uidente de præterito. Si autem forteratione termini ſubiectum ſupponat pro præſenti, prædicatum autem pro præterito in conuerſione prædicatum fieri debet ſubiectum cum uerbo de præterito, ut quum dico nullum uidens fuit cæcus, ex quo ſ uidens eſt participium præſentis tēporis intellectus fertur in ipſum, ut præſens licet, non repugnet quod feratur in ipſum, ut in præteritum. Sed prædicatum ſemper ſtat pro præterito, unde in conuertendo debet dici, nihil quod fuit cæcum eſt uidens. Et in rei ueritate tales propoſitiones de ſubiecto, quod eſt notandum de nominatiuum ex quo ſubiectum dicit, duo, ſemper dicunt naturam ſubſtractam denominationi pro tempore præterito, ipſum uero modum indifferēter pro præterito, & pro præſēti. Et in talibus propoſitionibus intelligit intellectus ſecundas habitudines ſeu inhærētias, unam quidem modi, uel qualitatis ad ſubiectum, alteram autem uerbi. & præteriti ad ſubiectum. Et ſecūdum quidem habitudinem modi ad ſubiectum poteſt accipi ſecundū inhærentiam temporis præſentis, & reſpectu ſuppoſitorum de præſenti ſecundum autem habitudinem uerbi ad ſubiectum ſemper accipiuntur, ſuppoſita in ordine ad tale tempus quale dicit uerbum quod in propoſitione aſſumitur. Et forte non eſt malum addere tertiam habitudiem, quam dicat uerbum in ordine, ad q̄litatē denoīantē ſubiectū, & hæc ſēper eſt, ſecūdū cōdictionē uerbi. Si.n. uerbū fuerit de præterito, uel de participio de præterito, tūc pōt ſubiectū, quod eſt denoīatiuū & accidētale ſcđm

modum denominationis denotari ratione uerbi de præterito:
& ſecundum ſuppoſita de præterito. Et propter hoc in talibus
propoſitionibus, nullum album fuit ſocrates, li. album, ex quo
duo dicit. ſ. ſubiectũ & albedinem, poteſt accipi pro ſubiecto
albedinis & uere, ſic ſemper ſumatur reſpectu ſuppoſitorũ de
præterito, ſcilicet pro ſuppoſitis, quæ fuerũt. ſiue modo ſint, ſi-
ue non ſint. Et tale ſubiectum denominatum ab albedine po-
teſt eſſe denominatũ non in præterito ſed ſolum in præſenti. Et
ſic denominatur habitudo qualitatis ad ſubiectum non mediã
te uerbo, quod aſſumptũ in propoſitiõe. Sed ſolũ per tempus
præſens & hoc eſt ut arbitror propter potentiã apprehenden-
tem prius ſubiectũ tale cõplexũ aliquo modo, ex ſubiecto &
diſpoſitione, anteq̃ apprehendat cõpulam uerbalẽ, & talis co-
pulatio ex ſubiecto & accidente q̃ denotatur uno noĩe concre
to ſignificatur ut præſens, licet non exiſtimem hãc cõplexionẽ
debere dici adhuc ueram uel falſam, nam ſola complexio uer-
balis eſt illa, quæ neceſſario eſt uera uel falſa. Eſto etiam, quod ta
lis complexio accidentis & ſubiecti habeat aliquid, quod con-
notet tempus, propter hoc dicetur ſemper complexio tempo
ralis, uel uera, uel falſa. Exempli gratia, nullo homine ſcribente,
ſi dixero, nullus ẽ homo ſcribens. Sicut uiſũ eſt i reſponſiõe ad
primum argumentum, conuertitur, nullum ſcribens eſt homo,
& eſt tam conuertens q̃ conuerſa ſimiliter uera. Nec licet reſo-
luto participio inferre aliquid ſcribere, ſic dicendo nulla res q̃
ſcribit eſt homo ergo aliqua res ſcribit & nulla talis eſt hõ, nam
ſi hoc eſſet, tunc ſequeretur conuerſionem non fuiſſe ueram,
conſequens enim eſſet una copulatiua, cuius una pars eſſet fal-
ſa repugnans poſito hæc. ſ. aliqua res ſcribit, in affirmatiuis tamẽ
propoſitionibus liceret, ut aliquod ſcribens eſt homo, ergo ali-
qua res ſcribit. & illa eſt hõ, nõ tamẽ propter hoc ſeq̃tur ut ſp & i
quibuſcũq; denoĩationibus ſic liceat reſoluere. Sed in his tan-
tũ quæ a uerbis deductæ ſunt qualeſ ſunt hæ quæ participiorum
ſunt ſine negatione uel ſigno negatiuo, quemadmodum non

apparet de uniuerſali negatiua, quæ eſt cũ ſigno, ut diximus. Et rurſus ſi denominationes participiorum ponantur a parte prædicati, non eſt neceſſe reſoluantur in tempus, quod conſignificat tale participium. nam dicendo ego uidi platonem, & poſtmodum ad hoc traxero uerbũ de præterito cum pticipio de præſenti, ego fui uidens platonem, non licet ſic reſoluere, ego fui id quod nunc eſt uidens platonẽ, ſicut manifeſte apparet. in propoſitionibus autem de uerbo uel participio de futuro conſimiliter dicatur, aut enim eorum ſubiecta ſunt denominatiua aliquo modo. ſ. ſignificantia ſubiectũ & diſpoſitionem, aut nó, ſi nó, ſemper ſupponũt reſpectu ſuppoſitorum de futuro, nó dico autem de futuro ita, ꝙ neceſſario non ſint uel non fuerit. Sed ꝙ neceſſario erũt, ſiue ſint & fuerint, ſiue nec ſint nec fuerint. Vt ſi dixero, aliquis homo erit papa. li. homo ſupponit pro homine qui erit, ſiue ſit & fuerit ſiue non modo erit in futurũ. ſi autem ſubiecta propoſitionum de futuro ſignificant ſubiecta & diſpoſitiones, tales propoſitiones tũc poſſunt eſſe quodámodo compoſitæ ex duplici uerbo ſecundum ꝙ diſpoſitó poteſt ſignificari in ſubiecto ut præſens ſicut in ſuperioribus dictum eſt reſpectu uerbi de præterito, ut dicendo uirgo erit prægnans li. uirgo ſignificat intentionem ſubiecti & intentioné uirginitatis, & ſi quidem ſumatur pro ſubiecto, uera eſt propoſitio, uerum enim eſt, quod ſubiectum uirginitatis erit aliquádo ſubiectum prægnationis. Si autem ſumatur pro diſpoſitione é falſa, nullum enim tempus erit in quo uirgo ſit pregnãs, quod neceſſario requireretur, ſi hæc futura eſſet uera uirgo erit prægnans & aduertendum eſt, ꝙ propoſitióes ſiue de præterito, ſiue de futuro, quæ reſpectu ſubiecti denominationis ſunt ueræ, reſpectu autem qualitatis denominatiuæ ſũt falſæ, magis debent dici falſæ quam ueræ, ut album fuit nigrum, uirgo erit prægnás, & cóſimiles, nam omnis propoſitio, quæ de futuro ẽ uera, eſt de præſenti poſſibilis, ut ſi homo erit papa, & homo poteſt eſſe papa, & ſimiliter de præterito, ſi homo, fuit homo poteſt eſſe, ſi enim

aliquando fuit uera, in præſenti non repugnat ſibi tempus præſens ſecundum ſe, licet ſecundum aliquam ſpecialem rationem poſſit ſibi repugnare. Iſtæ autem nunq̃ poſſunt eſſe ueræ, uirgo poteſt eſſe prægnans, hæc enim, ſi ponatur in actu, ſequitur incõueniens. ꝙ.ſ. uirgo ſit prægnans, & ſimiliter album poſſibile eſt eſſe nigrum, non poteſt poni in eſſe, quia ſecundum denominationem eſt falſa, licet ſecundum ſubiecta ſit uera. Quod autem dicitur a iunioribus, quod ĩtelligitur de poſſibili de ſenſu compoſito & non de ſenſu diuiſo, hoc reprobabimus efficaciter in ſequenti quæſtione, nam non puto iuniores intellexiſſe Ariſtotelem aut peripateticos in hac materia, ſed maxime aberraſſe. Ad propoſitũ igitur tales propoſitões per accidẽs ſunt ueræ, ſcilicet ratione ſubiectorum. Dico autem per accidens propterea quod denominatũ nomẽ principaliter ſignificat diſpoſitionem denominantem, ſubiectum autem non principaliter ſignificat ſed quodãmodo ipſum dicitur circuncernere. magis igitur cenſcenda erit propoſitio talis uel talis penes id, ꝙ principaliter ſignificant ſuæ partes, ſcilicet ſubiecta & prædicata, quam penes id, quod accidentaliter indicant, per hæc, quæ dicta ſunt, puto patere poſſe reſponſionem ad omne argumẽtum, quod factum eſt, & quod fieri poteſt in hac materia. Et patere etiã poteſt error omnium iuniorum qui putarunt ampliationem dari, & conceſſerunt propõnes, in quas non fertur intellectus ſecundum naturam. Arbitrati enim ſunt ꝙ in omni propoſitione de uerbo, uel ꝑticipio de præterito, ſubiectum ſupponat pro eo, quod eſt, uel fuit, modo habeat ſuppoſita correſpõdentia pro tempore præſenti, & pro tempore præterito, nam dicẽdo, adã fuit, non ampliatur adam pro eo, quod eſt, uel fuit, ex quo non habet ſuppoſita pro his duobus temporibus, & non impediatur, & reſtringitur, quia dicendo, quod fuit homo ẽ mortuum, li. homo ſupponit preciſe pro ſuppoſito de præterito, & eodem modo dicunt de ſubiecto ſupponente reſpectu uerbi, uel participii temporis futuri cum eiſdem conditionibus, hoc

autem totum falſum eſt in propoſitionibus, in quibus ſubiectū
non ſignificat duo eo modo quo ſupra diximus, ſemper enim
accipitur ſecundum ſuppoſita temporis, quod in propoſitio-
ne aſſumitur. in propoſitionibus uero ĩ quibus ſubiectū ſignifi-
cat. illa duo, dicimus accipi poſſe ſubiectum diſpoſitionis ſecū
dum tempus præſens, & ſecundum ſuppoſita tēporis præſen-
tis, non autem hoc eſt in ordine ad uerbum. ſed in ordine ſub-
iecti ad diſpoſitionem. in ordine autem ad uerbum ſemper ac
cipitur ſecundum exigentiam uerbi appoſiti, & ſui temporis. ſi
cut in ſuperioribus dictum eſt. non dico etiam ſolum in ordīe
ad uerbum, ſed aliquando in ordine ad participium ſi fuerit
participium. quod. n. dicitur de uerbo, intelligo etiam de parti
cipio. Si enim dico, homo eſt futurus li. homo pro homine, q
erit ſolum ſupponit, ſiue ſit, ſiue non ſit. utrunque enim poteſt ſi
bi accidere, ut in ſuperioribus dictum eſt. Sed una dubitatio oc
currit ſi ſubiectum propoſitionis de futuro ſupponit pro eo, ꝙ
erit. ſiue ſit, ſiue non ſit, tunc ſequitur, quod iſta erit uera, ſenex
erit puer, quia li. ſenex ſupponit pro eo, qui erit non ſemper, ſed
aliquando. non enim requiritur, quod propoſitio uera de fu-
turo ſit uera pro omni tēpore futuro, diceretur forte, quod hæc
eſt per accidens uera ſenex erit puer, ſicut hæc eſt uera per acci-
dens, puer erit ſenex. ſicut enim ſubiectum pueritiæ eſt aliquan
do ſubiectum ſenectutis, ita ſubiectum ſenectutis eſt ſubiectū
pueritiæ non quod eo tempore, quo ē ſubiectum unius ſit ſub-
iectum alterius, ueruntamen hæc eſt uera ſenex erit puer, ma-
gis per accidens, quam hæc, puer erit ſenex, nam hæc, puer erit
ſenex eſt uera intelligendo pro ſubiecto de futuro & diſpoſi-
tione ſibi inhærente in præſenti. quod enim pro nunc denomi
natur, puer erit ſenex, non tamen quod nunc eſt ſenex, aliquādo
erit puer, ſed accipiēdo ſubiectū ſub diſpōne nō ſibi ihærēte de
præſenti. Sed de futuro propoſitio redditur uera, uel forte po-
tius hæc ē falſa abſolute. Senex erit puer qa ĩpoſſibile ē pro eo-
dem tēpore futuro uerificari ſubiectū & prædicatum de aliquo

eodem, Iſta autem per accidens eſt uera, puer erit ſenex, quia accipitur ſubiectum ſub pueritia tanq̃ ſub diſpoſitione de præſenti ad ſeipſum ſub ſenectute tanq̃ ſub diſpoſitiõe de futuro, non autem poteſt dici, quod i iſta, ſenex erit puer, accipatur ſubiectum ſub diſpoſitione de præſenti ad ſeipſum ſub diſpoſitione de futuro, nam quod nunc eſt ſub ſenectute, nunq̃ in futuro erit ſub pueritia. Hæc igitur propoſitio, puer erit ſenex, quum per accidens uera ſit, & per ſe falſa (ut monſtrauimus) conuertitur hoc modo, quod erit ſenex ẽ ſubiectũ pueritiæ, & hoc modo eam conuertunt. &. Io. grãmaticus & Albertus & m̃ eo ſenſu eſt uerum antecedens & conſequens, uel quod ſe habet per modum antecedentis uel conſequentis, nam hæc, puer erit ſenex, non eſt uera niſi ſubiectum, intelligatur ſub diſpoſitiõe de præſenti ſcilicet ſub pueritia, nã ſi intelligeretur ſub hac diſpoſitione, ut futura quum non poſſit pro eodem tempore eſſe ſubiectum ſub diſpoſitione, quæ ſignatur per ſubiectum, & quæ ſignatur per prædicatum, neceſſario propoſitio redderetur falſa. dicimus igitur, ꝙ propoſitio uera de prædicato uel đ futuro ſi ſit affirmatiua, neceſſario exigit, ut ſubiectum & prædicatum ſimul & ſemel uerificentur pro eodem tempore præterito, uel futuro per ſe. per accidens autem ſubiectum poteſt eſſe ſub diſpoſitione præſenti, tamen in ordine ad uerbum accipitur, ut præteritum uel ut futurum.

Et ex hoc patet falſas eſſe propoſitiones multas, quas iuniores concedunt uiuum eſt mortuum, ꝙ enim formaliter ſit falſa patet. nam oppoſitum de oppoſito prædicatur. Et pro eodem tẽpore præſenti uel præterito uel futuro, non poſſunt eidem ineſſe. non enim idem eſt ſimul, uiuum & mortuum aut ſimul fuit uiuum & mortuum, aut erit ſimul uiuum & mortuum, nec ualet ſi dicatur, ergo hæc non erit uera, homo eſt mortuus, quia nihil ſimul eſt homo & mortuum, aut fuit homo & mortuum. aut erit homo & mortuum, nam in iſta homo eſt mortuus ſupponit li. homo pro eo quod fuit. Verũ enĩ eſt dicere, ꝙ id qđ fuit hõ

eſt mortuus,non poteſt autem ſimiliter dici,ꝙ i iſta uiuum eſt mortuum,ſupponat li uiuum pro eo,quod fuit uiuum.nam ex quo li uiuum duo dicit.ſ.ſubiectum & denominationem,uel igitur diceret ſubiectum de præterito,& denoiationem de præſenti,& tunc patet ꝙ propoſitio eſt falſa,nihil enim fuit,ꝙ nũc ſit ſubiectum uitæ, quod ſit mortuum. Si dicatur tam ſubiectum q̃ denominatio ſumũtur pro præterito,ut ſit ſenſus,quod fuit ſubiectum uitæ,eſt mortuum,in quo ſenſu uidetur propoſitio uera,inſtabitur ꝙ talis propoſitio nõ cõſtituit talem intellectum.ppea ꝙ li uiuum non poteſt diſtrahi a li mortuũ,qđ eſt ſibi oppoſitum.ſicut nec unũ oppoſitum põt eſſe diſtractiuũ alterius unde non habet ita li mortuum ad li uiuum. ſicut habet ad hominẽ,uel ad aliud aliquid reſpectu cuius eſt participium præteriti temporis,ad uiuum autem nõ ſe habet, ut participium,ſed ut oppoſitum,ſicut nigrum,ad album, uel ſicut uita & mors,uel ſicut cæcus & uidens,unde quum reſpectu uiui ſumatur nominaliter,& ut oppoſitum,& non ut diſtractum,non poteſt unum prædicari de altero,affirmatiue,& uere, quum uero de præſenti.ſicut enim non dicimus.bonũ eſt malũ.ita non debemus dicere.uiuum eſt mortuum.reſpectu autem aliorum reſpectu quorum li mortuũ non eſt oppoſitum.directe nõ eſt inconueniens eẽ diſtractiuum.Concludamus igitur ꝙ cuiuſlibet propoſitionis de uerbo uel participio de præterito, uel de uerbo uel de præterito de futuro cuius ſubiectũ duo ſignat eo modo,quo ſupra explicauimus neceſſario diſpoſitio ſignificat uel ut præſens i ſubiecto.de præterito uel de futuro, uel ut præterita uel futura,& ſi ſignificat,ut præterita uel futura neceſſe ẽ, ꝙ ſi prædicatum accipitur pro tẽpore præterito,uel futuro. ſimiliter talis diſpoſitio in ſubiecto accipiatur.Exẽpli gratia,ſi dico album erit, papa. Si diſpoſitio ſubiecti accipit, ut futura in ſubiecto,qa ẽt prædicatũ accipitur.ut futurũ neceſſe eſt, ꝙ pro eodem tpe futuro ſubiectum denoietur á diſpoſitione,i quo præteritum de illo prædicabitur.Si uero ſubiectũ nõ ſignificet

duo prædicto modo, uel prædicatũ, licet ſit participiũ præteri ti uel futuri tpis, non tamen accipiatur pro præterito uel pro futuro, ſicut quum dico homo eſt mortuus, ex quo li mortuũ accipitur pro præſenti ſiue pticipiũ ſit, ſiue non, tamen diſtrahit ſubiectum ad præterita, ut patet, non eſt neceſſe ꝙ ſubiectum, & prædicatum ſimul pro eodẽ tempore uerificentur. Alias etiã propoſitiones concedunt eſſe ueras, quas iudicio meo iudicaret doctus mediocriter eſſe ipoſſibiles, ut decapitatus cantabit, & per ea qdem. quæ dicta ſunt patet, ꝙ uel li decapitatus accipitur, pro eo qui nunc eſt decapitatus, uel pro eo, qui erit decapitatus, & ſi quidem accipitur pro eo qui fuit decapitatus, manifeſtum eſt, ꝙ propoſitio eſt falſa, & ſimiliter, ſi pro eo, q nunc primũ eſt decapitatus, pro eo autem qui erit decapitatus, propterea eſt falſa, quia non eodem tempore erit decapitatus, quo cantabit, ut manifeſtum eſt, non eſt etiam uerum, ꝙ aliqui eorꝫ dicunt, ꝙ ubi uerbum ſit de futuro prædicatum de præterito, ſubiectum ſuponit pro eo quod eſt, uel fuit. uel erit, ut homo erit mortuus ratione uerbi, de futuro pro eo, quod eſt uel erit, ratione autem participii pro eo quod fuit, puto enim eos deceptos fuiſſe, propterea ꝙ propoſitio eſt uera, eſto ꝙ homines fuerint, & non ſint, uel non erunt, uel eſto ꝙ homines non fuerint, ſed ſint, uel non erunt, uel eſto ꝙ homines erunt, non ſint uel non fuerint. nos autem dicimus, ꝙ prædicta propoſitio uerificatur pro non eſſe hominis poſt eſſe in futuro, propter prædicatum, quod dicit priuationem, ſiue modo tale etiam ſit de præterito, ſiue de præſenti, ſiue futurum, unũ quodq;.n. horum pót ſibi accidere. Ex quo igitur propoſitio, nõ uerificatur, quãdo ſuppoſita ſunt, nec quãdo fuerunt, nec quãdo erunt, & eſſe, & fuiſſe, & futurꝫ eſſe, ſe habẽt per accidens, & quaſi ſicut cauſa, ſine qua non, ex quo nõ poſſet talis propoſitio eẽ uera, niſi eſſe præceſſiſſet nõ eſſe, ideo determinate quodlibet eorꝫ temporꝫ poteſt ſibi accidere, ubi autẽ prædicatũ ſit, participiũ de præterito, & uerbũ de futuro, & participiũ non ſit priuatũ, ſemp dici

mus ſubiectū ſupponere, pro his qui erunt, ut dicendo hō erit uulneratus, ſi hō ſupponit pro hoie. q erit ſiue ſit, & fuerit, ſiue nō. utrū q;.n. pōt ſibi accidere, multæ aliæ propoſitiōes ab ipſis conceduntur, q̄ ab oi ueritate diſſonāt, ſed de his hactenus. Satis.n. ſit attigiſſe fundaméta p quæ uiā in reliqs poſſimus hēre iudicari tales propoſitiōes. dicetur ppea ēt aliqd in qōibus ſequētibus de conuerſione propoſitionis poſſibilis, quod ēt ſecundum ipſos ampliat quod etiam confutabimus ſuo loco.

Quæſtio ſecūda de uniuerſali negatiua. de neceſſario cōtra iuniores, & contra materiā de ſenſu cōpoſito & diuiſio eorū dē

CIrca conuerſiōes propoſitionū modaliū, prio mouetur qō de uniuerſali negatiua. de neceſſario, an cōuertatur. Et prio qdē uidetur ꝙ nō, nā nō uidetur cōuerti, ſi nullus naſus neceſſario ē ſimus, ꝙ nullum ſimum neceſſario ſit naſus, antecedens enim uerum eſt, conſequens aūt falſum, utrū oē.n. ſimū neceſſario eſt naſus, ꝙ aūt antecedēs ſit ueꝝ, patet. nā hæc contingentis, nullus naſus eſt ſimus, falſa eſt. ſua igitur cōtradictoria eſt uera, neceſſario nullus naſus eſt ſimus, quæ eſt antecedens, uel ſic. hæc neceſſario omnis naſus eſt ſimus falſa ē, quæ eſt contraria illius, neceſſario nullus naſus eſt ſimus, & cum impoſſibile ſit duo contraria eſſe ſimul uera, hæc erit uera, neceſſario, nullus naſus eſt ſimus. patet etiam ueritas prædictæ propoſitionis, quæ ē antecedēs ſic, nec iſte naſus neceſſario ē ſimus, nec iſte naſus neceſſario ē ſimus. & ſic de ſingulis, ergo prædicta uniuerſalis eſt uera, quæ ex ſingularibus uerbis colligitur, ꝙ aūt qlibet illaꝝ ſingulariū uera ſit, patet, quia eaꝝ contradictoriæ ſunt falſæ. hæc.n. falſa eſt, neceſſario iſte naſus eſt ſimus, cum potius contingenter quilibet naſus ſit ſimus, & pp hoc contingēter iſte naſus eſt ſimus, & propterea nō neceſſario eſt ſimus, & ſimiliter de cæteris ſingularibus, ſecūdo arguitur ad idem ſic nullū ipoſſible eē ueꝝ, eſt neceſſarium. ergo nullū ueꝝ eſſe, ipoſſibile eſt neceſſariū, antecedēs ē ueꝝ, & cōſequēs falſum, nullū.n. ipoſſibile pōt ēē ueꝝ, & tamē aliquod ueꝝ pōt eē ipoſſibile hæc.n. mō ē

uera, ego nó fui romæ, quæ erit impoſſibilis. poſtquá ego fuero Romæ. in hac qóe primo dicetur mens iuniorum. Secúdo reprobato eorꝝ modo dicendi, aliter reſpondebitur ad quæſtionem. dicút igitur aliqui eorꝝ, ꝙ propoſitio modalis eſt duplex. ſcilicet de ſenſu cópoſito, & de ſenſu diuiſo. propoſitio autem modalis de ſenſu cópoſito eſt ſecundum ipſos, quádo modus ponitur a parte ſubiecti uel prædicati ipſius dicti & natus é uerificari de tota propoſitione. inquantú propoſitio, ut neceſſe é omnem hominé eſſe animal. nam li neceſſe uerificari poteſt de toto dicto ſic, omné hoiem eſſe animal é neceſſe, propoſitio át modalis de ſenſu diuiſo eſt in qua modus ponitur. ad copulá, ut nullum hominé neceſſe eſt ſcribere. Alii autem ipſorum dicunt propoſitionem diſtingui penes ſenſum cópoſitum, uel diuiſum eſto, ꝙ modus a parte ſubiecti ponatur, uel prædicati. omnes tamen conueniunt in hoc ꝙ conuerſionem fieri, quo ad totam propoſitioné modalem acceptam in ſenſu compoſito, eſt poſſibile, ut ſi dico neceſſe eſt nullum hoiem ſcribere, bene poteſt conuerti nullú hominé ſcribere eſt neceſſe, & de tali conuerſione idem habebitur iudiciú, quod de propoſitionibus de ineſſe, ſed hoc quidem puto in primis eſſe falſum, nam iuxta ſniam Ariſtotelis, & in libro priorum. i ſecúdo periermenias, modus ſiue dictum antecedat ſiue cóſequatur ſemper eſt prædicatum. Et Boetius dixit in eo loco hanc eſſe prærogantiá modorꝝ cum uerbo ſubſtantiuo, quéadmodum aút cum aliis uerbis non uariatione facta non dicitur fieri conuerſio, ita nec in modalibus. Si enim dico, ego uideo ſocraté, non propterea conuertitur, ſi dixero ſocratem uideo ego, ex quo li ſocratem, adhuc prædicatum remanet. Similiter dicendum, eſt in modalibus, in quibus modus ſemp exiſtit prædicatú, ſi notabiliter accipiatur, patet igitur ex hoc falſum eé primú dictum eorum. ſecundum uero dictú eorꝝ eſt, ꝙ ſi propoſitio accipiatur i ſenſu diuiſo nulla mutatióe facta ex parte uocis, ipoſſibile eſt fieri uniuerſaliter in oi materia cóuerſioné exépli. gratia, nó ſeqtur ſecú

dum ipſos creans de neceſſitate eſt deus. ergo deus de neceſſi-
tate eſt creãs, & ĩ hoc quos uidi oẽs cóueniũt, antecedẽs . n. ueꝝ
eſt, ut patet, cóſequẽs aũt falſũ, ex quo cótingẽtet deus creat, mu
tatióe uero facta ĩ uoce diuerſimode faciũt cóuerſioné, Ochã
eni prædictã propoſitioné ſic cõuertit. creãs de neceſſitate ẽ de
us, qđ eſt de neceſſitate creãs ẽ deus, in q̃ propóne nó uideo, ꝙ
prædicatũ factũ ſit ſubm, uidelicet li. deus, q̃uis ĩ aliis propóni
bꝫ, q̃s cóuertit expreſſe cõuertédo faciat đ prædicato ſbm. Sed
forte uoluit dicere ochã, ꝙ deus eſt id qđ eſt de neceſſitate creãs.
ſed adhuc ĩ hoc ſenſu talis reſpóſio nó ualet, nó. n. ſeqtur p cóſi-
milẽ argumẽtãdi modũ. oẽ lucens in ſphæra lunæ neceſſario eſt
luna ergo qđ eſt neceſſario luna eſt lucens ĩ ſphæra lunæ, tẽpore
eni eclypſis aliqd eſt neceſſario luna qđ nó lucet ĩ ſphæra lunæ.
nó tamẽ aliquãdo eſt accipe, ꝙ id ſit lucẽs in ſphæra lunæ, ꝙ nó
ſit luna. Marſilius aũt aliter hmói propónes cóuertit facta tranſ-
mutatióe ſic, oẽ lucẽs ĩ ſphæra lunæ, neceſſe eſt eſſe lunã, qđ ne-
ceſſe eſt eſſe lunã pót eẽ lucẽ ĩ ſphæra lunæ. Sed nec iſte modus
cõuerſióis eſt bonus, propterea ꝙ aſſumit relatum. de quo præ
dicat prædicatũ dicti, & nó facit lunã eſſe ſubiectũ eiuſdẽ dicti
in quo fuerat prædicatũ ultra hoc apponit hoc uerbũ pót, qđ
in propóne cóuertéda non fuerat aſſumptũ. Quum igitur nec
modus ochã, nec modus Marſilii approbetur quó fiat cóuer-
ſio in propónibus prædictis à nobis dicẽdũ eſſet. Sed qa qónẽ
propoſuimus ſolũ de uniuerſali negatiua, exẽpla aũt ſũt de pro
poſitionibus affirmatiuis, de qbus ſingulariter quo ad eaꝝ ſpẽs
infra ptractabitur, ió prætermiſſo mó cóuerſióis prædictaꝝ pro
poſitionũ, redeo ad materiã propoſitã & dico, ꝙ iuniores ſe ex
pediũt de propoſitióibus modalibus dicẽtes Ariſtotelem ptra
ctaſſe de cóuerſióe modaliũ propónũ in ſenſu cópoſito, & nó
in ſenſu diuiſo, nó quo ad totã propóné. ſed quo ad ptes dicti,
licet quo ad totã propónẽ ipſi cóceſſerint, quod nos reprobaui
mus. uniuerſalis igitur negatiua modalis neceſſaria in ſenſu com

poſito ſecundum ipſos conuertitur, quo ad ptes dicti, & ſimili ter, aliæ modales conuertuntur eo modo quo Ariſtoteles de ipſis dixit, non autem declarant ſe quem ſenſũ efficiat una pro poſitio in ſenſu compoſito, & quẽ faciat in ſenſu diuiſo. Ocha tamen uidetur accipere propoſitiones modales de ſenſu com- poſito non principaliter per appoſitionem modi aliquo ſpe- ciali modo ad terminos ſcilicet antecedendo. uel conſequen- do, uel alio modo ſe habendo. Sed ex natura terminorum ac- ceptorum cum modo in ipſa propoſitione. Ita ut omnis pro- poſitio uniuerſalis negatiua, de neceſſario eſſet in ſenſu compo ſito, quæ ſi haberet aliquam affirmatiuam ſibi repugnantem de in eſſe haberet eadem repugnantem de poſſibili. Exempli gra- tia (inqt ipſe). Si iſtæ duæ repugnant, neceſſe eſt nullum animal currere, & aliquis homo currit, neceſſe eſt quod ſimiliter repu- gnent hæ duæ, neceſſe eſt nullum animal currere, & poſſibile ẽ hominem currere, & eodem modo eſt in omni propoſitione modali in ſenſu compoſito. Appoſitio autem uel ſitus modi aliquid facit ad hoc, quum accipitur propoſitio poſſibilis, quæ illi de neceſſario debet repugnare. non enim ſequitur in ſenſu diuiſo ſecundum ipſum per naturam conuerſionis, nullus ho- mo de neceſſitate eſt aſinus, ergo nullus aſinus de neceſſitate ẽ homo, nam non ſequitur in ſenſu diuiſo. Nullum impoſſibile eſſe uerum & neceſſarium, ergo nullum uerum eſſe impoſſibi- le eſt neceſſarium, quod patet per hoc, quia antecedens eſt ue- rum & conſequens falſum, de antecedente patet, de conſequẽ- te probatur, quia illa propoſitio de poſſibili quæ deberet repu- gnare prædicti conſequenti de neceſſario eſt uera, hæc enim ali- quod uerum poteſt eſſe impoſſibile, ergo illud conſequens in prædicto ſenſu compoſito, dicitur eſſe uera. in ſenſu autem di- uiſo, falſa. quomodo autem, ſi accipiatur in ſenſu compoſito dicatur eſſe uera, patet quia illa de poſſibili affirmatiua ſibi repu gnat. hæc enim poſſibile ẽ uerum eſſe impoſſibile illi repugnat

& eſt falſa, quia oporteret ipſam poni ī actu, ex quo ſequeretur, quod uerum eſſet impoſſibile. In ſenſu autem diuiſo non ē neceſſe, quod ponatur in actu. ex quo enim li. uerum in iſta propoſitione uerum poſſibile eſt eſſe impoſſibile ampliatur pro eo. ꝙ eſt uel poteſt eſſe, nō accipitur formaliter pro eo, quod ſignificat uerum, ſed pro eo quod denominatur uerum per actum. uel per potentiam. Hec puto eſſe ſecundum mentem ocham licet uerba quæ diximus nō ſint formaliter ipſius, tamen ex ſuis etiam mihi poſſe elici ad omne quod appoſui. Secundum igitur mētem ipſius ocham propoſitio neceſſaria negatiua in ſenſu compoſito poteſt conuerti, quia & ea, quæ eſt de ineſſe affirmatiua ſibi repugnat, & ea quæ eſt de poſſibili in ſenſu compoſito ſimiliter repugnat, accipitur autem ea, quæ eſt de poſſibili in ſenſu compoſito ſecundum ipſam, cuius modus præcedit & quæ non habet ſubiectum dicti ampliatum pro eo, quod eſt uel poteſt eſſe. in ſenſu autem diuiſo uniuerſalis negatiua de neceſſario non conuertitur, quia ſcilicet propoſitio de poſſibili in ſenſu diuiſo nō illi repugnat. eſt autem de ſenſu diuiſo per modum mediantem inter partes dicti, qui modus dat ampliationem ſubiecto pro eo, quod eſt uel poſſibile eſt eſſe, unde ſecundum ipſum ocham facile eſt dignoſcere, quæ ſit propoſitio de ſenſu compoſito, & quæ ſit de ſenſu diuiſo in modalibus de poſſibili. In modalibus autem de neceſſario non, nam ipſe aliquando explicat propoſitionem de ſenſu diuiſo per modum ultimo loco poſitum ſicut in prioribus exemplis, nullum impoſſibile eſſe uerum eſt neceſſarium, quam dixit non cōuerti ſi accipiatur in ſenſu diuiſo. niſi uelimus dicere ſecūdum ipſum quod propoſitio modalis in ſenſu diuiſo eſt, ut modus mediet, & nunquam fallit. ſi autem modum procedat, uel ſequatur propoſitio eſt diſtinguenda penes ſenſum compoſitum uel diuiſum. Hæc ſunt quæ potui elicere ex dictis iuniorum, quantum ad diuerſitatem de ſenſu compoſito, & diuiſo.

Nunc autem uideamus quid ab ipſis dictum ſit, quod intentioni Ariſtotelis, & peripateticorum non conueniat, procedamus igitur hoc ordine, & dicamus in uia Ariſtotelis, non differre has duas propoſitiones, uerũ poſſibile eſt eẽ impoſſibile, & poſſibile eſt uerum eſſe impoſſibile, & ſi una eſt uera, & reliqua. & ſi una eſt falſa, & reliqua. & ſi ſubiectum unius ampliatur ad ſupponendũ pro eo quod eſt, & poſſibile eſt eſſe, & ſubiectum alterius. Sed dices non dabitur igitur fallacia compoſitionis, & diuiſionis penes hos modos. ſi ſimiliter ſe habeant, in ueritate & falſitate prædictæ propoſitiones, quæ aſſumptæ ſũt, dicendum ꝙ talis fallacia datur quidẽ, ſed non eo modo, quo Iuniores arbitrati ſunt. Sed de hoc uidebitur, quũ alio modo reſpondebitur ad qõnes. tertio dicendum, igitur ĩpoſſibilis eſt, ꝙ prædictæ propoſitiões ſint falſæ ueꝝ poſſibile, ẽ eſſe ĩpoſſibile, & poſſibile eſt ueꝝ eſſe ĩpoſſibile. Et dicitur ſcđm ſniam Ariſtotelis ꝙ ĩ utraq; li ueꝝ nõ ampliatur pro eo, qđ eſt uel poſſibile eſt eẽ ueꝝ. Sicut ipſi imaginãtur, ſed ſupponit li ueꝝ pro eo, qđ eſt poſſibile, ſiue ſit. ſiue nõ ſit. utrũq;. n. põt ſibi accidere, ut. ſ. id, qđ eſt, dicatur poſſibile, & id qđ nõ eſt, nec pp hoc ſequitur, utranq; eſſe uerã ex quo ſubiectũ in utraq; ſupponit pro eo, qđ põt eſſe. Quod ſi arguatur li ueꝝ accipitur pro ente uero in potẽtia in hac propoſitione, ueꝝ poſſibile eſt eſſe ĩpoſſibile, uel in iſta poſſibile eſt ueꝝ eſſe ĩpoſſibile. Et in eo qđ nõ eſt ueꝝ, ẽ potentia ad eſſe ueꝝ, & ad eẽ ĩpoſſibile, licet in uero formaliter nõ ſit potẽtia ad eſſe ĩpoſſibile, prædictæ propoſitiones erũt ueræ, nã nihil aliud denotabitur per ipſas, niſi ꝙ in eo, in quo eſt potẽtia ad eſſe ueꝝ, eſt potẽtia ad eſſe ĩpoſſibile, & hoc uidetur eẽ uerum. Niſi eſſet, ꝙ ĩ propoſitionibus de poſſibili, diſtincto a neceſſario, & ab eo, quod in eſſe eſt, denotatur duplex potẽtia, altera quidẽ, quæ eſt ſubiecti ad prædicatũ, altera aũt, quæ ẽ ad ſubiectum, ut quũ dico, ſocrates põt currere, denotatur potẽtia ſocratis ad curſum. Et denotatur potẽtia ad Socratem, nam eſto

ꝙ ſocrates nõ ſit,& poſſit eſſe, dicimus ſocratẽ poſſe currere,pe
nes uero primã potentiã.ſ. ſubiecti ad prædicatum , attenditur
propoſitio poſſibilis.talis.n.potẽtia uel poſſibilitas diſtiguitur
à neceſſitate,& ab actuali inhærẽtia prædicati ad ſubiectum, po
tentia autem ad ſubiectum,aliquãdo eſt ſe habens ad oppoſita,
ut in prædicto exẽplo tactũ eſt,& Ariſtoteles, in prioribus me-
minit.aliquãdo aũt nõ.Sed accidit ſibi conuerti cũ eo, quod ẽ
uel cum neceſſario,ſicut quũ dicimus,deus põt creare. nõ enĩ
detur potentia ad deum,ut deus poſſit non eſſe,uel aliquando
ſit,aliquãdo non ſit.Sed potẽtia ad ipſum eſt neceſſitas deter-
minata,& tamen prædicta propoſitio dicitur de poſſibili.pro
pterea quod prædicatum ineſt ſubiecto per potentiã ad utrum
libet,licet ſubiectum nõ ſe habeat potẽtialiter ad eſſe, uel ad nõ
eſſe,propoſitiones poſſibiles per potentiã ad ſubiectum in ſe,
& per potẽtiã ſubiecti ad prædicatum(per potentiam in quã ad
utrumlibet)non poſſunt eſſe ueræ,niſi quia potentia ſubiecti
ad prædicatum denotatur poſſe poni ineſſe,potentia ſubiecti
prius determinata per actum,ut dicendo Socrates poteſt cur
rere potentia Socratis ad curſum denotatur poſſe poni in eſſe
ꝑ potentiã ad ſocratẽ iam poſitã in actu,nã prior eſt potentia q̃
eſt ad actum primũ, q̃ ea ,quæ eſt ad actũ ſecundũ,& una nõ re
pugnat alteri.ad propoſitũ igitur,licet ĩ his propoſitiõibus poſ
ſibile eſt ueꝝ eſſe ĩpoſſibile,uel ueꝝ poſſibile eſt eſſe impoſſibi
le ,li uerum ſuppõit pro eo ,qđ põt eẽ ueꝝ,& id quod põt eſſe
uerum , põt eſſe ĩpoſſibile,non tamen propoſitões ſunt ueræ,
propterea ꝙ potẽtia ad ueꝝ nõ põt ſtare ſub uero, ſi potẽtia ad
ĩpoſſibile ſtet ſub ĩpoſſibilitate,ſicut potẽtia ſocratis ad curſum
ſtat ſub curſu,ſi potentia ad ſocratẽ ſit ſub ſocrate,imo potentia
ad curſum,nõ põt poni in actu,ſi potentia ad ſocratem non ſit
poſita in actu.denotatur autem in prædictis propoſitiõibus,ꝙ
inter ueꝝ & ĩpoſſibile,ſicut de ipſis unus modus potẽtiæ dici-
tur,qui ſcilicet ſit per indifferentiã ad eſſe,uel non eſſe)ita intel
ligitur unus ordo potentiæ ad actum,uidelicet potentiæ ſubie

ctiad actum exiſtendi, & potentiæ ſubiecti ad prædicatum. Si autem dicatur. quod poteſt eſſe uerum, poteſt eſſe impoſſibile Sicut hæc propoſitio, ego non fui Romæ, poteſt eſſe uera, & eadem poteſt eē ipoſſibilis, ſicut patet ex caſu aſſumpto in ſecũdo argumento principali. Et hæc propoſitio uerum pōt eſſe ipoſſibile. Idem ſignificat cum illa, ergo hæc etiam ſimiliter erit uera. Reſpondetur concedendo, ꝙ hæc eſt uera, quod poteſt eſſe uerum poteſt eſſe ipoſſibile, non tamen hæc eſt uera, uerum poteſt eſſe impoſſibile, quia in prima actu explicatur potentia una ad ſubiectum. quũ dicitur, quod poteſt eſſe uerum, pōt eē impoſſibile, in ſecunda autem non, ſed ſolum ſubiecti ad prædicatum. & in pria denotatur potentia ad ſubiectũ, nō ut habēs ordinem ad potētiam q̃ ē ſubiecti ad prædicatum, qua propter non requiritur, quod ſi una poteſt poni in eſſe, & reliqua. Et ſic negetur abſolute. ꝙ idem ſignificent. Et ſi diceretur. nonne cōceditur, ꝙ uidens poteſt eſſe cæcus, cur nō eodem modo, & prædictæ propoſitiones conceduntur, dicendum ꝙ hæc per ſe eſt falſa, ſicut & illæ, per accidens autem conceditur, ſicut & illæ concederentur pro ſubiecto. ſ. denominationis, qualitercũq; modus in ipſis ſituetur. ponunt enim termini in propoſitionibus formaliter ſuum ſignificatum in ordine ad copulam propoſitionis, & prædicatum uel modum. Quod autem per accidens eſt uerum poteſt per aliquam ſolutionem fieri per ſe, ue℞ ut hæc propoſitio uerum poteſt eſſe impoſſibile, quæ eſt per accidēs uera. ſcilicet pro ſubiecto denominationis fit per ſe uera: ſi aliquid addatur, per quod ſignificetur ſumi pro ſubiecto denominationis, ut dicendo, quod poteſt eſſe uerum, poteſt eſſe impoſſibile. Illud enim relatiuum quod demonſtrat ſubiectũ. quum autem dicitur uerum poteſt eſſe impoſſibile, ſignificat uerum formaliter eſſe in potentia ad impoſſibile. per hæc igitur patet fundamētum ochani eſſe uanum, quod totum fundabatur in propoſitione de poſſibili, propter quod multa fuit opus apponere de hac materia ad propoſitum, licet inferius proce

dendo etiam locus futurus ſit. Nam iuniores omnem miſturã ſyllogiſticam Ariſtotelis ſaluare credunt per hunc modum dicendi de ſenſu compoſito, & diuiſo. Quod autẽ dicitur, ꝙ propoſitio de ſenſu cõpoſito. Si uera eſt modus ẽ uerificabilis de tota propoſitione, puto eẽ uerũ, & de ea quam appellant de ſenſu cõpoſito, & de ea quam appellãt de ſenſu diuiſo. ſicut enim Si hæc eẽt uera, poſſibile eſt uerũ eſſe impoſſibile, opporteret ꝙ hæc propoſitio eſſet poſſibilis, uerum eſt ĩpoſſibile. Similiter arbitror de hac, uerum poſſibile eſt eſſe impoſſibile, ꝙ oporteret hanc eandem propoſitionem eſſe ueram, hæc uidelicet uerum eſt impoſſibile, eſt propoſitio poſibilis modo, & priores, duæ ſunt per ſe falſæ, & etiam duæ poſteriores, & ſicut duæ poſteriores ſunt per accidens ueræ, ita & duæ priores. Quia igitur, ſunt poſſibiles per accidens, non admittitur de ipſis, quod poſſint poni ineſſe. ſecundum terminos, in quibus ſumebatur, ut impoſſibiles per ſe, non enim ſi concedo hanc eſſe poſſibilem per accidens poſſibile eſt uerum eſſe impoſſibile, debeo admittere quod ponatur ineſſe. Quia igitur Ariſtotẽs loquitur, eſt de poſſibilibus per ſe, omnes tales admittit ponendas eſſe in actu, de his enim, quæ ſunt per accidens non habet pertractare ars, neque ſcientia. non facit etiam differentiam Ariſtoteles ĩter propoſitiones, quas iſti dicunt de ſenſu diuiſo, & inter eas, quas appellant de ſenſu compoſito. fuiſſet enim diminutus, niſi pertractaſſet, qualiter concluditur diuerſimode in mixturis. Si accipiantur propoſitiones de ſenſu compoſito modo iſtorum, & de ſenſu diuiſo. Rurſus Ariſtoteles aliquãdo in libro priorum loquens in modalibus de poſſibili proponit modum, aliquando interponit aliquãdo poſtponit. & ſimiliter Auerrois, & alii, ex quo ſecundum ipſos modales ſemper habent modum pro prædicato qualitercunq; ſituetur. Quomodo autem per hos modos cauſatur fallacia compoſitionis & diuiſionis, intelligendum eſt, ꝙ aliquando ſumuntur nominaliter, ut neceſſe poſſibile, impoſſibile, aliquãdo aduerbialiter, neceſſario, poſſibiliter,

ſeu cõtingẽtis impoſſibiliter. ſi ſumatur prio modo ſemp dicũtur eſſe prædicata. & totum dictum dicitur eſſe ſubiectũ. Si autẽ ſecundo modo nõ, & rurſus primo mõ determinant totã propoſitionẽ, & ſemp ſumuntur in ſenſu cõpoſito. Dico aũt in ſenſu cõpoſito, quia totã cõpoſitionẽ determinant per hoc, ꝙ determinant copulam. Secũdo aũt modo dico ipſos cõſtituere diuerſum intellectũ, & poſſũt accipi in ſenſu cõpoſito, & in ſenſu diuiſo, ex eo enĩ, ꝙ poſſunt determinare ipſam cõpoſitionẽ. ſi ipſam determinauerint, cõſtituũt ſenſũ compoſitũ, licet ipſã nõ determinẽt ueluti prædicata. Sed ueluti modi, primo enĩ modo determinãt ueluti prædicata reſpectu uerbi principalis, ueluti modi aũt, reſpectu dicti, quũ dicitur ſocratẽ neceſſe ẽ currere li. neceſſe determinat ueluti prædicatũ, reſpectu huius uerbi eſt, & ueluti modus reſpectu eſſe. Cũ autẽ dico, neceſſario ſocrates currit, li. neceſſario poteſt determinare currit, & tũc determinat ut modus. ſignatur enĩ curſus tali modo. Eodẽ autẽ modo ſi ſumãtur noĩaliter p propoſitionẽ determinãtem, ſicut cũ dico ſocrates ex neceſſitate currit, uel aliquo alio modo p aliam propoſitionẽ. Sed tamẽ quãdo ſumũtur modi aduerbialiter, uel per propoſitionẽ determinantem, non ſolũ ſumuntur ĩ ſenſu compoſito, ſed etiam in ſenſu diuiſo. ut quum dico neceſſario ſocrates currit, ſi li. neceſſario determinat ſocratem, eo modo, quo in priori dixi determinare currere, propoſitio eſt in ſenſu diuiſo. determinat enim tũc modus ſubiectum, & non compoſitionem ſubiecti cum prædicato, & ſignificat propoſitio quod, id quod eſt, neceſſario ſocrates eſt currens. & quia aliquã propoſitio eſt uera, ubi modus determinat ſubiectum, quæ nõ eſt uera ubi modus determinet compoſitionẽ, Ideo modi tales cauſant fallaciã compoſitionis & diuiſionis, eo ꝙ poſſunt determinare compoſitionem, & poſſunt determinare ſubiectum, ſi ponãtur a parte ſubiecti, Eodem mõ ſi ponantur a parte prædicati, poſſunt determinare compoſitionem prædicati ad ſubiectum, & poſſunt determinare prædicatum in ſe, & quidẽ ſi

determinat cópoſitionem, cõſtituunt ſenſũ cõpoſitũ, ubi autẽ
determinát prædicatũ i ſe cõſtituũt ſenſũ diuiſũ, & magna ẽt dif
ferẽtia eſt quãdo ſic, uel ſic determinát, aliqua eni propõ ẽ uera
quando modus determinat prædicatum in ſe, quæ non eſt ue-
ra, qnando determinat cópoſitióem prædicati cũ ſubiecto. uel
prædicatum in ordine ad ſubiectũ, exépli gratia, ſi dixero, nul-
lus homo eſt currens neceſſario, in ſenſu quidẽ compoſito ſi-
gnificat curſũ impoſſibile eſſe alicui homini ineſſe, quæ propo
ſitio manifeſtiſſime falſa eſt, in ſenſu aũt diuiſio uera, ſignificat
eni, ꝙ ñullus homo eſt id, ꝙ neceſſario eſt currens, & manifeſtũ
eſt, ꝙ nó neceſſario curſus ineſt homini, quia pót non ieſſe. nul-
lus igitur hó eſt id, quod neceſſario currit, tales autẽ propoſitio
nes, in qbus fit ſenſus diuiſus p modum determinantem ſubie-
ctum, uel prædicatũ nó ſunt propoſitiones modales, ſed ſunt
propoſitiones de ineſſe, ná Ariſtoteles diſtinguit propoſitio-
nes modales p ſignificare, uel neceſſario in eſſe, uel cótingenti
ineſſe, ubi manifeſtiſſime oportet, ꝙ modus determinet cópo-
ſitionem ipſam. Sicut ut plurimũ cótingit. quádo moduſ medi
at inter ptes ipſius dicti, ut quũ dicimus, nullus homo neceſſa-
rio eſt equus, licet ex probatione poſſet contingere ipſũ deter-
minare ſubiectũ, ſicut ſi fiat interpolatio, in li. neceſſario, tamen
ubi nulla interpolatio fiat determinat compoſitionem, ut plu
rimũ, licet etiá poſſit determinare prædicatum inherens, & non
ipſam inhærentiá. Quádo igitur accipiũtur in ſenſu compoſito
æquiualét propoſitiones, in qbus ponitur neceſſario, uel ex ne
ceſſitate propoſitionibus, in qbus ponitur neceſſe, quæ ad ueri-
tatem & falſitaté, & ſunt omnes ſimiliter propoſitiones moda-
les, de qbus Ariſtoteles intendit, alio aũt modo acceptæ com-
putátur inter propoſitiones de ieſſe & conuertũtur, ſicut pro-
poſitiones de ineſſe, ut nullus homo neceſſario currit, nullum
currens eſt homo neceſſario, quemadmodum i antecedenti de
terminabat ſubiectum, ita i conſequenti determinat prædicatũ,
& tá antecedens, q̃ conſequens eſt uerꝫ, poſito ꝙ nullus homo

currat. In figuris ēt ſyllogiſticis, quum tales propoſitionēs aſſumuntur, neceſſe eſt, quod, ſi medio termino in una præmiſſarū apponitur modus, quod ſimiliter in reliqua. exemplum in prima figura, omnis homo neceſſario currit, ſocrates eſt homo neceſſario, ergo ſocrates currit, aliter enī plus ſubiiceretur in maiori, q̄ prædicaretur in minori. Eodémq; mō, quū ſolū determinat prædicatū in prima præmiſſa debet mihi ſecūda figura aſſumitur ut determinat prædicatū in præmiſſa, ſecūda ut dicēdo. nullus hō eſt motū neceſſario, oē currens eſt motū neceſſario. nullū currēs eſt hō neceſſario. Et nō licet in minori ſolū accipere, oē currens eſt motum, ut poſtmodū īferamus, nullus currēs eſt hō neceſſario, ſicut clarius patet mihi alio exēplo, nullus homo eſt cōgrue ſcribēs neceſſario, omnis actu grāmaticus eſt cōgrue ſcribens, patet ꝙ nō inferri pōt, nullus actu grāmaticus eſt homo neceſſario, talis igitur præmiſſis patere pōt reſponſio ad argumentū primū, Quum enī dicitur, nullus naſus neceſſario ē ſimus, dicitur diſtinguēdo hanc propoſitionē penes ſentētiam cōpoſitū & diuiſum, in ſenſu enī cōpoſito falſa eſt, quia ſignificat īpoſſibile eſſe ſimitatē alicui naſo ineſſe, determinat enī compoſitionē ſimitatis ad nullū hoīem ſub neceſſitate, quare & ī eodem ſenſu ſimiliter eſt ſua cōuertens falſa, nullū ſimū neceſſario eſt naſus. Si aūt accipiatur in ſenſu diuiſo uera eſt, & ſic determinat hoc prædicatū inhærēs. ſ. li. ſimus, nullus. n. naſus ē cui neceſſario inſit ſimitas. & in hoc eodē ſenſu cōuertitur, nullum ſimū neceſſario eſt naſus, li, neceſſario tātū determinante ſubiectū, ex quo fuerat determinatio prædicati tātū. Sed dices nōne hæc eſt uera, oē ſimum neceſſario eſt naſus, quō igitur hæc poteſt eſſe uera, nullū ſimū neceſſario ē naſus, dicēdū, ꝙ licet duo contraria non poſſint eſſe ſimul uera per ſe, ſed ſimul falſa, poſſunt tamen eſſe ſimul uera per accidens, hæc enim per accidēs eſt uera, omne ſimum neceſſario eſt naſus, ſi aliquod ſit ſimum neceſſario, ubi autē aliqd nō ſit ſimum neceſſario, dicitur eē falſa, eſt igitur quaſi ex ſuppoſitione uera, hæc autem nullum ſimū

neceſſario eſt naſus, eſt per ſe uera, nihil enī eſt ſimum neceſſa-
rio, cui naſus inſit, hanc reſponſionem eſſe ad mentem Ariſto-
telis, & cōmētatoris, patet ex duabus qōibus ante hanc, patebit
etiam ex quæſtionibus cōſequentibus. Quod autem arguēdo
addebatur hanc eſſe falſam, cōtingenter, nullus naſus eſt ſimus,
dicitur ꝙ cōtingenter idem ſignificat. quod poſſibiliter, ſicut
infra patebit. Si igitur poſſibiliter ſumatur pro eo qđ eſt non ad
utrūlibet, ſed ut commune ad eſſe & ad neceſſarium ſi ſumatur
pro neceſſario, ſicut ſumi pōt, quum ſit uox multiplex & deter
minet ſolum prædicatū inhærens & nō in hærentiā, propoſitio
eſt uera, & non eſt contradictoria illius, nullus naſus neceſſario
eſt ſimus, ſed ad ipſam conſequitur, contradictoria autem illius
nullus naſus neceſſario eſt ſimus, inquantum accipitur in ſenſu
diuiſo ſcilicet modo determinate prædicatum, non eſt danda
penes uariationem modorum, ex quo non ſunt ueræ modales
Sed eſt aſſignanda eo modo quo aſſignatur in propoſitioni-
bus de ineſſe. contradictoria igitur illius eſt hæc, aliquis naſus
neceſſario eſt ſimus. & ſimiliter conuertentes harum ſunt, nullū
ſimum neceſſario eſt naſus, aliquod ſimum neceſſario eſt naſus.
Quum autem ueritas huius propoſitionis, nullus naſus neceſſa
rio eſt ſimus, probatur inducēdo ſingulares, dicimus quod ſin
gulares eodem modo ſunt diſtinguendæ penes ſenſum com-
poſitum & diuiſum, Si quidem ſumantur in ſenſu compoſito,
falſæ ſunt, ſicut & uniuerſalem diximus eſſe falſam, ſignificat enī
hæc ſingularis, nec iſte naſus neceſſario eſt ſimus, ſimitatem nō
ineſſe huic naſo, & taliter non ineſſe, ut impoſſibile ſit ineſſe. Et
quum dicitur ſua contradictoria eſt falſa, hæc ſcilicet iſte naſus
neceſſario eſt ſimus, dicitur concedendo quidem, qnod eſt fal
ſa, negatur autem, quod ſit ſua contradictoria. Sed eius contra-
dictoria eſt hæc poſſibiliter uel contigenter iſte naſus eſt ſimus.
Cum enim contradictio in modalibus ſingularibus, in quibus
non refert præponere, uel poſtponere negationē detur ꝑ ne-
gationem modi, & non per negationem uerbi ipſius dicti, hæc

propoſitio iſte naſus neceſſario non eſt ſimus, non habet pro ſua contradictoria hanc, iſte naſus neceſſario eſt ſimus. Sed iſtæ propoſitiones ſunt ſimul falſæ. Si accipiantur in ſenſu compoſito, & dicuntur ſe habere per modum propoſitionum contrariarum, hæc eni iſte naſus neceſſario nō eſt ſimus, æqualet huic, iſte naſus impoſſibiliter ē ſimus, quæ opponitur huic, iſte naſus neceſſario ē ſimus contrarie & non contradictorie. quare non eſt mirum. Si utraq; ſimul dicatur eſſe falſa, Nec decipiaris quū accipis ſingulares huius uniuerſalis, nullus naſus neceſſario ē ſimus credendo negationem etiā cadere ſupra modum, & propterea accipias non neceſſario iſte naſus eſt ſimus, & ſic de ſingulis, quæ in rei ueritate ſunt ueræ, nam quum hæc uniuerſalis, nullus naſus neceſſario eſt ſimus, accipitur in ſenſu compoſito, æqualet huic, nullum naſum neceſſe eſt eſſe ſimum, ubi permanet li. neceſſe affirmatum, licet dictum ſit negatum proportionabiliter ſumendæ ſunt ſingulares, iſte naſus neceſſario non eſt ſimus. Et in hoc ſenſu ſumebatur hæc, nec iſte naſus neceſſario eſt ſimus, q̄uis clarius appareat hanc, iſte naſus neceſſario nō eſt ſimus, eē ſingularem huius, nullus naſus neceſſario eſt ſimus. Et propterea utraq; in ſenſu compoſito eſt falſa, hæc enim ſignificat ſimilitudinem, nulli naſo ineſſe per modum neceſſitatis. Illa uero ſingularis ſignificat ſimilitudinem, ita non ieſſe huic naſo, ꝙ illi impoſſibile ſit ineſſe, & hoc inquātum determinant inhærentiā prædicati ipſius dicti ad ſubiectum eiuſdem dicti. Si uero ſingulares illæ ſumantur in ſenſu diuiſo, dicendum eſt, qđ ſunt ueræ. Sicut de uniuerſali diximus, quod erat uera, nam quū dico, iſte naſus neceſſario non eſt ſimus, prout li. neceſſario determinat li. ſimus ſignificat. quod iſte naſus, non eſt id, cui neceſſario ſimitas inſit, & hoc apparet eſſe uerum, oppoſita autem huic ſingulari cōtradictoriæ ē hæc. Iſte naſus neceſſario ē ſimus, nam in negatiua negatio negabat prædicatum, & negabat modum determinantem prædicatum, q̄uis negatio ſequeretur modum, quum dicebatur iſte naſus neceſſario nō eſt ſimus, & hoc

propterea eſt, quia modus determinat præteritum, quãuis præ ponatur uerbo. Et quia ẽ propoſitio nõ modalis, ſed de ineſſe, quæ cum ſit ſingulis, non refert in ipſa præponere, uel poſtponere negationem. Eodem modo uniuerſalis negatiua in ſenſu diuiſo, quum ſit propoſitio de ineſſe, negat modum ipſum, qui nõ negabatur. quum erat in ſenſu compoſito, quãuis negatiõe præcedente præferretur, dicendo nullus naſus neceſſario eſt ſimus, cuius contradictoria in ſenſu compoſito eſt hæc, contingenter aliquis naſus eſt ſimus, quæ eſt uera, quia ipſa in ſenſu cõpoſito fuerat falſa. In ſenſu autem diuiſo ẽ hæc, aliquis naſus neceſſario eſt ſimus, quæ eſt falſa, quia ipſa in ſenſu diuiſo fuerat uera. Et per hæc patere puto clarã reſponſionem, ad primũ argumentum, & ad omnia, quæ in ipſo aſſumebãtur. De ſecũdo uero argumento plurima dicta ſunt in corpe quæſtionis, per quæ etiam haberi poſſet reſponſio. Conceditur enim, ꝙ hæc eſt uera, nullum impoſſibile eſſe uerum, eſt neceſſarium, & negatur, ꝙ hæc non ſit uera, nullũ uerum eſt impoſſibile, eſt neceſſarium. Et dicitur ꝙ ſicut nullum impoſſibile poteſt eſſe uerum, ita nullum uerum poteſt eſſe ĩpoſſibile, ſi li uerum. & li impoſſibile accipiantur pro eo ꝙ ſignificant. per accidens autẽ pro eo, quod denominant utraq; põt eſſe, ſimiliter falſa. nam quod poteſt eẽ ĩpoſſibile poteſt eſſe uerum, & quod põt eſſe uerum, põt eſſe ĩpoſſibile, ſicut per ſuperiora ſatis manifeſtum eſt.

Quæſtio tertia de conuerſione uniuerſalis & particularis affirmatiuæ de neceſſario.

q Via uniuerſalis affirmatiua de neceſſario cõuertitur particulariter. Et ſimiliter particularis cõuertitur particulariter ideo de ambabus mouetur quæſtio, Et primo quidẽ uidetur nõ eſſe uer de uniuerſali affirmatiua, de neceſſario. hæc.n. oẽ ſcribẽs neceſſario eſt hõ, eſt uniuerſalis affirmatiua de neceſſario. Et tamẽ nõ cõuertitur, aliqs hõ neceſſario ſcribit, uel eſt ſcribẽs. Et per idẽ patet, ꝙ nec particularis de neceſſario conuertitur de neceſſario, aliquid enim ſcribẽs neceſſario, eſt homo

& tamē aliqs homo neceſſario nō ſcribit. ſecundo principali-
ter arguitur ſic, Sicut in propoſitionibus de ineſſe ad li oē ſub
alternatur aliquod, & propoſitio in qua ponitur oē, cōuertitur
in propoſitionē, in qua pōitur aliquod. Similiter in modalibus
ad neceſſario ſubalternatur poſſibiliter, ergo propoſitio uni-
uerſalis de neceſſario cōuertetur in particularē poſſibilē, ut uni
cuiq; reddatur ſuum ſubalternatū ad li neceſſario poſſibiliter,
ad li oē aliquod. tertio arguitur ſic, neceſſe eſt oēm hoiem eſſe
aial, uel neceſſario, omnis homo eſt animal. Et tamen nō cōuer
titur neceſſe eſt, aliquod aial eſſe hominē, uel neceſſariō, aliqđ
animal eſt homo, antecedēs eni uerum eſt. conſequēs autem fal
ſum. hæc enim eſt uera, neceſſario omnis hō eſt animal, ut patet
quia ſua contradictoria eſt impoſſibilis, quod autem cōſequēs
ſit falſum probatur, ſua contradictoria eſt uera non neceſſario,
aliquod aial eſt homo. nam cōuertitur in hāc, poſſibiliter aliqđ
animal nō eſt homo, quæ uera eſt, tū qa poſſibile eſt aſinum nō
eſſe hominē, & aſinus eſt aliquod aial. ergo poſſibile ē aliquod
aial nō eſſe hoiem, tum quia neceſſe eſt aliquod aial nō eſſe ho-
minem ergo poſſibile eſt aliquod animal nō eſſe hominem, nā
ſicut ad neceſſe eſſe ſubalternatur poſſibile eſſe, ita ad neceſſe,
non eſſe, poſſibile non eſſe. quarto arguitur ſic neceſſe eſt aliqđ
aial nō eſſe hoiem, & tamē nō conuertitur, neceſſe eſt aliquē ho
minē nō eſſe aial. antecedēs .n. uerꝫ eſt neceſſe ē aliquod aial nō
eſſe hoiem, quum enim plura aialia ſint, quæ nō ſunt homies, ꝗ
ea, quæ ſunt hoies, eſto qđ eēt neceſſe aliquod aial eſſe hoiem, qđ
iam iprobatum eſt, à fortiori tamē neceſſe eſt aliqđ aial non eſſe
hominē, falſitas aūt conſequentis patet. nā ad hanc neceſſe ē ali
quem hominē non eſſe animal, conſequitur hæc nō poſſibile ē
aliquem hominem eſſe animal, quæ manifeſte falſa eſt, nam nō
poſſibile eſt aliquem hominē eſſe animal. idem ualet, quod im-
poſſibile eſt aliquem hominem eſſe animal, quæ eſt manifeſtiſ-
ſime falſa. igitur etiam illa neceſſe eſt aliquem hominem non
eſſe animal. aliter enim ex ipſa non ſequeretur falſum. dicetur

forte ꝙ iſta eſt particularis negatiua, neceſſe eſt aliquod animal non eſſe hominem, & particularis negatiua non cõuertitur nec in materia de ineſſe nec in materia de neceſſario, Contra hoc arguitur ſic. Quum in modalibus de uerbo infinitiuo i dicto ſubiectum ſit totum dictũ, prædicatũ uero ſit modus. ut patet ex ſecũdo periermenias ſupra uerbũ autem indicatiuũ non cadat negatio, tales propoſitiones dicẽtur affirmatiuæ eo ꝙ uerbum principale in ipſis affirmetur, ſicut dicẽdo, neceſſe eſt aliquod animal non eſſe hominem, quia ſubiectum huius ẽ hoc totum animal non eſſe hominẽ, quod autem dicitur eſt neceſſe ẽ prædicatum. cuius copula non negatur quomodocũq; igitur talis propoſitio proferatur, erit affirmatiua, quia in ea ſemp modus affirmetur de dicto. Ad tria prima argumenta quis breuiter ſe expediens forte dicet Ariſtotelem dixiſſe quidem uniuerſalem affirmatiuam de neceſſario conuerti, nõ tamen dixit, ꝙ ea in quam conuertitur debeat eſſe de neceſſario. Sed ſolum dixit quod conuertuntur, ſicut illæ de ineſſe. Et hoc quidem uidetur uerum. nam ſi omne ſcribens neceſſario eſt homo ſequitur ut aliquis homo ſcribat, licet non ſequatur, quod homo ſcribat cum neceſſitate, ſicut ſcribens eſt homo de neceſſitate. Et eodẽ modo diceretur in aliis. Sed hæc reſponſio fallitur. primo quidem talis conuerſio non eſſe in terminis. immo principalis terminus abiiceretur uidelicet prædicatum, nã loquimur hic ſolũ de modalibus in quantũ ſunt modales, uidelicet in ſenſu compoſito, licet etiam quãdo modi accipiuntur in ſenſu diuiſo, nõ liceat ſecludere modos, neque in conuerſionibus neque in figuris ſyllogiſticis. ſicut in præcedenti quæſtione mõſtrauimus. fallitur etiam prædicta reſponſio, quia ĩ mixturis de neceſſario cum aliis ſpeciebus propoſitionum, in ſecunda & tertia figura fit aliquando reductio per conuerſionẽ propoſitiõis de neceſſario, ut quæ in ſecũda uel tertia figura ſumebatur neceſſaria per conuerſionem etiam remaneat neceſſaria, ſi autem conuerteretur in illam, quæ eſt de ineſſe, non eſſet utilis reductio.

ſecundæ uel tertiæ figuræ ad primã figurã, ſicut apparebit ĩ expoſitione, ex Ariſtotelis reprobata, hac reſponſione dicendũ eſt aliter ad quæſtionẽ. Et oẽs iuniores fere eodẽ modo reſpondent. dicunt, n. ad primũ quũ dicitur neceſſe eſt oẽ ſcribens, eẽ hominem cõuerti, ſi accipiatur ĩ ſenſu compoſito ĩ hãc, neceſſe eſt aliquẽ hominem eẽ ſcribentẽ, & tam antecedens q̃ conſequens eſt falſum. Si autem accipiatur in ſenſu diuiſo (inquit Io. de magiſtris) ꝙ ſimiliter conuertũtur, & tam antecedẽs q̃ conſequens eſt uerũ, ocham uero dicit propoſitiõem neceſſariam, de ſenſu compoſito cõuerti eo mõ quo dicit Ariſtoteles, propoſitionẽ aũt de neceſſario in ſenſu diuiſo dicit conuerti ĩ unã de ineſſe. contra has reſponſiones arguitur ſicut accipio hanc, neceſſe eſt omne ſcribens eẽ hominẽ in ſenſu compoſito. ſecũdum ꝙ de toto dicto prædicatur modus ſic, ſcribẽtem eſſe hominem eſt neceſſe, & quæro quõ poteſt eſſe falſa, ſi ſua contradictoria eſt falſa, ſcribentem nõ eſſe hominem, eſt poſſibile. ꝙ autem ſit falſa patet, nam quũ ſit modalis de ſenſu compoſito, ſi eſſet uera, poſſet poni ineſſe. Si autem ponatur ineſſe ſeqtur ĩconueniens quum impoſſibile ſit aliquod ſcribens eſſe ꝙ non ſit hõ, quia ſolũ poſſibile ſit hominẽ ſcribere, quia igitur hæc eſt falſa poſſibile eſt aliquod ſcribens nõ eſſe hominẽ, hæc eſt uera neceſſe eſt omne ſcribens eſſe hominem accepta etiam in ſenſu compoſito. Quare adhuc remanet argumentum, nam ſi uerum eſt, ꝙ neceſſe eſt omne ſcribens eſſe hominem, ſicut probauimus in ſenſu compoſito, non tamen conuertitur, neceſſe eſt aliquem hominem eſſe ſcribentem in eodẽ ſenſu. quod aũt ipſi dicunt de ſenſu diuiſo, licet modi nominaliter ſumpti nõ poſſint facere niſi ſenſũ cõpoſitum. ſicut ĩ præcedẽti qõne declaratũ eſt, tamẽ uideamus qđ ipſi poſſint intelligere p hãc propoſitionẽ, neceſſe ẽ oẽ ſcribẽs eſſe hominẽ, ſcđm ꝙ accipiũt in ſenſu diuiſo, ſi. n. ipſi uolũt per hãc propoſitionẽ intelligere, ꝙ oẽ id, quod neceſſe ẽ eẽ ſcribẽs, ſit homo, ĩ quo ſenſu forte dixit ocham propoſitionẽ de ſenſu cõpoſito cõuerti in propoſitio

nem de ineſſe, ſicut cum dicitur, omne qđ eſt neceſſe eē ſcribēs eſt hō, quæ uidetur hēre modū propōnis de ieſſe, qa ſua cōuertens eſt de ieſſe, aliqs hō eſt id, qđ neceſſe eſt eē ſcribēs. Quod aūt in hoc ſenſu talis propō accepta nō ſit uera, patet qa nihil neceſſe eſt eſſe ſcribēs, Si autē dicatur ueꝝ eſt, ꝙ nihil neceſſe eſt eē ſcribens, nō tamē pp hoc ſequitur, ꝙ hoc nō ſit ueꝝ, omne quod ē neceſſe eſſe ſcribens eſt, imo iſta duo ſtant ſimul, omne quod ē neceſſe ſcribens eſt homo, & nihil neceſſe eſt eſſe ſcribens. Contra ex his duabus ſequitur in prima figura, quod nihil ſit homo. ſic nihil eſt neceſſe eē ſcribens, omne neceſſe ſcribens eſt homo, ergo nihil eſt homo, ſed quia dices, quod prædicatum i maiori non debet eſſe ſubiectum in minori, ideo aliter concludatur in tertia, nullum neceſſe eſſe ſcribens eſt res, quæ propoſitio patet, quia nihil neceſſe eſt eſſe ſcribens conuertitur in ipſam, & ſi una conceditur & reliqua debet concedi, & minor ſub ſumatur iſta, omne neceſſe eſſe ſcribens eſt homo in ſecundo tertiæ figuræ, ergo aliquis homo non eſt res. patet igitur ſecundū prædicta, quod reſponſio non fuit ad propoſitum in duobus ſuis dictis, immo totum oppoſitum eſt uerum, quod in ſenſu compoſito eſt uera, in ſenſu autem diuiſo falſa, quod etiam patet ex ſua conuertente, aliquis homo eſt id' quod neceſſe eſt eſſe ſcribens, ut conſtat. Si autem uellet quis dicere, quod propoſitio de neceſſario conuertitur in ſenſu compoſito. & quod omnis propoſitio quæ accipi poteſt in ſenſu compoſito, poteſt accipi in ſenſu diuiſo, aliqua tamen modalis eſt de ſenſu diuiſo, quæ non poteſt capi in ſenſu compoſito, prædicta autem propoſitio neceſſe eſt omne ſcribens eē hominem, eſt de ſenſu diuiſo, & eſt falſa, & conſtituit eum intellectum, quē probauimus eē falſum, non poteſt autem capi in ſenſu compoſito, & ut dicatur eſſe uera Hæc reſponſio nulla eſt, ſi enim ſenſus compoſitus, & ſenſus diuiſus in propoſitionibus, quæ habent modos accipitur penes modos & nō penes termios poſitos i ipſo dicto, ois ꝓpō cū mō cauſabit fantaſticā multitudinem. ſi cum eodem

modo cauſatur fantaſtica multiplicitas in alia propoſitione. Si igitur hæc neceſſe eſt hoiem eſſe animal, uel alia conſimilis poteſt accipi in ſenſu compoſito & in ſenſu diuiſo, ſimiliter & hæc neceſſe eſt omne ſcribẽs eſſe hoïem. Sed an tales propõnes dicantur poſſe diſtingui penes ſenſũ cõpoſitũ & diuiſũ in quibus ponitur modus nominaliter ſine propoſitione. In præcedenti quæſtiõe diximus ꝙ nõ. hic aũt diximus quẽ ſenſum põt habere, hæc propoſitio in ſenſu diuiſo, neceſſe eſt omne ſcribens eẽ hoïem quaſi admittẽtes poſſe habere ſenſum diuiſum, q̃ patet ꝑ reſolutionem, omne ꝙ neceſſe eſt eſſe ſcribẽs eſt homo, niſi eẽt quod talis propoſitio non habet talem intellectũ q per reſolutionẽ illam comprehẽditur. nec taliter propoſitio eſt reſoluẽda q̃uis illum ſenſum dixerimus ſecundum opinionem eoꝝ, quũ enĩ in hac propoſitione, neceſſe eſt oẽ ſcribens eſſe hoïem li. neceſſe ſit prædicatũ & nihil habeat adiunctũ ſibi ut eſt prædicatum cuius poſſit eſſe determinatio. Sed ſolum ſit cũ uerbo pricipali eſt, non poterit determinare ſubiectum dicti in eo ꝙ ſubiectum, nec iſta propoſitio, neceſſe eſt omne ſcribẽs eſſe hoiem poteſt ſignare id quod neceſſe eſt eſſe ſcribens, ſicut ocham uidebatur imaginari. Et licet prædicatum qui eſt modus ſit modus ſubiecti, tamen non eſt modus ſubiecti ipſius dicti. Sed totum dictum ſe habet ut ſubiectum reſpectu modi nominaliter ſumpti ſine propoſitione. Quia igitur prædicta propoſitio ſolum modo accipitur in ſenſu cõpoſito, & ut ſic ſit uera, & non conuertatur ut argumentum eſt, aliter reſpõdendũ eſt, ad argumentũ primum cõcedendo hãc in ſenſu compoſito eſſe uerã, neceſſe eſt omne ſcribens eſſe hoïem, & cõceditur ꝙ nõ cõuertitur, neceſſe eſt aliquem hominem ſcribere, nam quemadmodum diximus in quæſtione de differentia propoſitionum, aliqua eſt propoſitio quæ partim eſt dicenda neceſſaria & partim poſſibilis, & eſt illa quæ compoſita eſt ex ſubiecto dicente duo ſcilicet ſubſtractum denominationis, & ipſam denominationẽ Ex prædicato dicẽte q̃ditatem ſubſtracti in ſubiecto. nõ ſolum

quādo ſubſternitur denoīatio. ſed ēt quādo nō ſubſternitur ex p/
te i quā talis ſubſtracti ē neceſſaria, qa ſubſtractū ſemp ē. Ex pte ue
ro denoīatōis, poſſibilis, qa aliquādo ē denoiatio, aliquādo nō ē,
inquātum tamen denominatio ē, ē neceſſaria, & tales propoſi/
tiones nō ſunt hæ, de quibus Ariſroteles intendit in conuerſio
nibus uel mixturis, ſed ſolummodo intelligit de his, quæ ſunt
neceſſariæ p neceſſitatem terminorum, & per cōnexionem ne/
ceſſariam, non autem intellexit de hiſ quæ ſunt neceſſariæ per ſo
lam connexionem terminorum, ſicut neceſſario currens mo/
uetur, neceſſario omne ſcribens eſt homo, quia patet reſpon/
ſio ad primum argumentum, tam de uniuerſali affirmatiua de
neceſſario, quam de particulari affirmatiua de eodem. Ad ſecū
dum uero dicendum, ꝙ conuerſio in propoſitionibus moda/
libus non patitur, ꝙ unus modus mutetur in alium modum, ſi/
cut conuerſio in propoſitionibus de ineſſe patitur mutationē
unius ſigni in aliud ſignum, ratio autem eſt, quia ſignum non
eſt pars propoſitionis, ſicut modus qui ſemper eſt prædicatum
uel quia uariando ſignum non uariatur modus ſignificandi, ſi/
cut uariatio modi, hæ enim, omnis homo eſt animal, & aliquod
animal eſt homo, ambæ ſignificant eodem modo, aut ieſſe, aut
neceſſario ineſſe, aut poſſibiliter ineſſe. Illæ uero quarum altera
eſt de neceſſario, altera de poſſibili manifeſtam habent diuerſi/
tatem in modo ſignificandi, q̄re &c. Ad tertium dicitur negā
do hanc non conuerti, neceſſe eſt omnem hominem eſſe ani/
mal, in hanc neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem, & conce
ditur, quod antecedens uerum eſt. Semper enim eſt ita, quod
omnis homo eſt animal, & animal de neceſſitate ineſt cuilibet
homini, & ſemper indiuidua hominis ſunt, & omnia licet non
ſemper eadem, non enim ſemper iidem homines permanent,
tamē qa ſemper hoies ſūt, & ſemp de hoie prædicatur aial, talis
propō ē abſolute neceſſaria, licet deſcēdēdo & accipiēdo pro/
pōnes ſingulares nō ſint neceſſariæ, niſi ut nunc. neceſſario eni
ſocrates eſt homo, quatenus ſocrates ē. Et neceſſariū eſt hoiem

habere ſuppoſita. licet accidat ſibi habere hæc, uel illa, quũ aũt dicitur conſequẽs eſt falſum, negatur neceſſe. eſt enim aliquod animal eſſe hominẽ, & cũ dicitur ſua contradictoria eſt uera. negatur. hæc enim non neceſſe eſt, aliqđ aial eſſe hominem, nõ eſt uera. Et quũ probatur hæc propoſitio, nõ neceſſe eſt aliqđ aial eſſe hominẽ, æquiualet huic poſſibile eſt aliqđ aial non eẽ hominem, quæ eſt uera. Conceditur ꝙ eſt uera, negatur autẽ ꝙ huic æquiualeat, nam hæc non neceſſe eſt aliquod animal eẽ hoiem, æquiualet huic, poſſibile eſt nullũ aial eẽ hoiem, hæc aũt, nõ neceſſe eſt oẽ aial eſſe hominem, æqualet huic, poſſibile ẽ aliquod animal non eẽ hominẽ, Hæ enim propoſitiones, neceſſe eſt aliquod animal eſſe hoiem, & poſſibile eſt aliqđ aial non eſſe hominẽ non ſunt contradictoriæ, ut negatio præpoſita uni faciat illã, cui præponitur, alteri equiualere, ſed iſtæ duæ, neceſſe eſt aliquod aial eſſe hominem & poſſibile eſt nullũ animal eſſe hominem bene ſunt contradictoriæ, & ideo negatio præpoſita uni facit illã alteri æquiualere. quẽadmodum enim ad uniuerſalem affirmatiuam de neceſſario aſſignamus particularẽ negatiuã de poſſibili. ita ad pticularẽ affirmatiuã de neceſſario aſſignabimus uniuerſalẽ negatiuã de poſſibili. Et negatio præpoſita particulari affirmatiuæ de neceſſario faciet æquiualere uniuerſali negatiuæ de poſſibili. præpoſita uero uniuerſali affirmatiuæ de neceſſario. particulari negatiuæ de poſſibili. Et eodem modo pticulari negatiuæ de neceſſario aſſignatur, pro cõtradictoria uniuerſalis affirmatiua de poſſibili, & negatio præpoſita uni facit, ut alteri æqualeat. Si aũt qs uelit dare cõtradictoriã huius. neceſſe eſt aliqđ aial eſſe hoiem nõ uariato modo, & nõ præpoſita negatione, dabitur hæc, neceſſe ẽ nullũ aial eẽ hoiem, & quantũ ad hũc modũ aſſignãdi propoſitiones cõtradictorias ĩ modalibus de materia neceſſaria, & de impoſſibili habebimus eaſdem regulas quas habemus in propoſitionibus de ineſſe, ĩ propoſitionibus autem de poſſibili, uel in materia poſſibili ubi li poſſibile ſumatur, ut diſtinctũ a neceſſario, & ineſſe. nõ põt uniuerſalis affirma

tiua de poſſibili habere pro cõtradictoria particularẽ negatiuã de poſſibili in eodẽ ſenſu accepto, nec ſimiliter uniuerſalis negatiua particularẽ affirmatiuã, ratio aũt eſt, quia in tali ſenſu affirmatiua cõuertitur negatiue, & nõ cõtradicit illi. Sed de hac materia magis uidebitur ĩ libro pihermias et ĩ cõſequẽtibus, nunc aũt ſufficiat reſpondiſſe argumẽto, nã hæc, non neceſſe eſt aliqđ aĩal eſſe hoĩem, æquiualet huic ĩ eiſdem terminis, neceſſe ẽ nullum aĩal eẽ hominẽ, uel uariato modo, poſſibile ẽ nullum animal eẽ hominem, quæ uel idem ſunt, uel una ad altera cõſequitur. Ad quartũ dicitur ꝙ in modalibus propoſitionibus quæritur conuerſio inter ſubiectum & prædicatũ ipſius dicti, et nõ penes id quod eſt ſubiectũ, uel prædicatũ propoſitionis modalis. Et ubi propoſitio modalis ſit de dicto particulari negatiuo. dicimus illa non cõuerti, quamuis talis propoſitio tota ſit affirmatiua, & hoc concludit argumentũ. Sed quia nõ Quærimus cõuerſionẽ modalis in ſe, ſed dicti eius, & particularis negatiua nõ cõuertitur. ppea dicimus modalẽ de dicto particulari negatiua. nõ cõuertitur. q̃uis cõcedamus totã propoſitionẽ eſſe affirmatiuam. Sed dicet forte qſpiam accipio propoſitionem modalẽ, quæ ſit de dicto affirmato, & de modo negato, ut dicendo, aliquod aĩal eſſe hoĩem nõ eſt neceſſe, & patet, ꝙ adhuc nõ eſt conuerſio iter partes ipſius dicti, q̃uis ſint affirmatæ. non. n. ſeqtur aliqđ aĩal eſſe hoĩem nõ eſt neceſſe ergo aliquẽ hoĩem eſſe aĩal nõ eſt neceſſe. antecedẽs. n. ue℞ eſt, & conſequẽs falſum, & cõtra dictũ ẽ ue℞. oẽm. n. hoĩem eſſe aĩal, neceſſe ẽ, antecedẽs aũt eſt ue℞, qa exẽpli gratia equũ eẽ hoĩem nõ eſt neceſſe, & æquus eſt aliquod aĩal, ergo aliquod aĩal eẽ hoĩem nõ eſt neceſſe. Et rurſus, aliquod aĩal eſſe hoĩem eſt ĩpoſſibile, ergo aliqđ aĩal eſſe hoĩem nõ ẽ neceſſe, ab affirmatiua unius diſpati ad negatiuam alterius, & huius conſequentiæ antecedẽs etiã patet, qa equũ eſſe hoĩem eſt ĩpoſſibile. Confirmatur ẽt ſic, oẽm aſinũ eſſe hoĩem nõ eſt neceſſe, ois aſinus eſt aliquod aĩal, ergo aliquod aĩal eſſe hominẽ non eſt neceſſe, in primo tertiæ. Et in eodẽ rurſus modo ſequitur omnẽ

aſinum eſſe hominem, eſt īpoſſibile, oīs aſinus eſt aliquod aīal.
ergo aliquod aīal eſſe hoīem, eſt īpoſſibile. antecedens eſt uerū,
ut patet, ergo & conſequens. Nec ualet dicere ꝙ ſubiectū dicti
huius propoſitiōis aliqđ aīal eſſe hoīem, eſt īpoſſibile, ſupponit
confuſe tantū imobiliter rōne huius termini modalis īpoſſibile
& ideo non ualet conſequētia, aliquē aſinū eſſe hoīem, eſt īpoſ-
ſibile ergo aliqđ aīal eſſe hoīem, eſt īpoſſibile, ſicut nō ſeqtur. ſi
Socrates ē equus, ſocrates nō eſt hō, ergo ſi Socrates eſt aīal, So
crates nō ē hō, nā ſi hæc reſpōſio aliqd ualet, ualet in ſyllogiſmo
reſolutorio, nō tamē ubi ſeruatur modus, & figura ſyllogiſtica.
aliter in prima figura, non liceret concludere cōcluſionem de
neceſſario. nam ſimiliter li neceſſario ſecundū ipſos confundit
confuſe tantum īmobiliter. Et ſic nōn ualeret argumentum ne
ceſſario omnis homo eſt riſibilis. aliquod animal eſt homo. er-
go neceſſario aliquod aīal eſt riſibile, ubi mīor ſit ſumpta de in
eſſe, non tpaliter quēadmodum intellexit Ariſtoteles, & ut pa-
tebit ſuo loco. reſpondendū eſt igitur aliter ad argumentum, &
dicendum ꝙ antecedens eſt falſum, ſicut & conſequens. con-
tradictoria enim huius aliquod animal eſſe hominē eſt neceſſe,
quæ eſt uera, neceſſario erit falſa, & hæc eſt illa, aliquod animal eē
hominem non eſt neceſſe. Et etiā ꝙ ſit falſa patet, quia æquiua
let huic poſſibile ē nullum animal eſſe hominem, quæ falſa eſt.
pro intellectu autem huius, ꝙ ſcilicet æquiualeant. Sciendū eſt
ꝙ hæc duo conſequuntur ſemper, poſſibile eſt nullum aīal eſſe
hominem, & impoſſibile eſt animal eſſe hominem, non quidē
permutatim. Sed uniuerſalis negatiua, de poſſibili pticularem
aſſirmatiuam de impoſſibili, bene enim ſequitur impoſſibile ē,
aliquod animal eſſe hoīem, ergo poſſibile eſt nullum aīal eē ho
minem, licet ex contrario non ſequatur. poſſibile ē nullum ani-
mal eſſe hoīem, ergo īpoſſibile eſt aīal eſſe homiem. ſicut patet
poſſibile eſt enim nullum aīal currere, & tamen falſum eſt dice-
re. īpoſſibile eſt aliquod animal currere. Ad propoſitum igitur
quia hæc poſſibile eſt nullum aīal eſſe hoīem, contradicit huic

neceſſe eſt aliquod animal eſſe hoiem, quia uniuerſalis negatiua de poſſibili contradicit particulari affirmatiuæ de neceſſario ſicut ecótra uniuerſali affirmatiuæ de neceſſario, particularis negatiua, de poſſibili, & quia ſecundum Ariſtotelem neceſſe eſſe habet pro contradictorio nó neceſſe eé, ſequitur ꝙ non neceſſe eſt aliquod aíal eſſe hoíem, æqualet huic poſſibile eſt nullum aíal eé hoíem ex quo utraq; uni erant cótradictoriæ. Similiter ſi hæc non neceſſe eſt aliqđ aíal eſſe hoíem, nó pót æqualere huic poſſibile eſt aliquod animal eſſe hominem, nec huic poſſibile eſt aliquod aíal non eſſe hominé, ſicut clare patere pót in exemplo aſſumpto. hæc enim eſt uera, neceſſe eſt aliquod animal eé hominé. Contradictoria igitur eſt falſa non neceſſe eſt aliqđ animal eé hominé, & tamen utraq; illaꝝ é uera poſſibile eſt aliquod aíal eé hominé & poſſibile é aliquod aíal non eſſe hoiem ergo neutra harũ contradicit illi neceſſe eſt aliqđ aíal eſſe hoíem, nec æquiualet ſuo contradictorio, non neceſſe eſt aliquod aíal eſſe hominem, rurſus quia hæc neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem, æquiualet huic ipoſſibile eſt aliquod aníal non eſſe hominem. eius contradictoria, non neceſſe eſt aliquod aíal eſſe hominem, æquiualebit ſuæ contradictoriæ. cótradictoria aũt huius impoſſibile eſt aliqđ aíal nó eſſe hoíem, eſt poſſibile é nullũ aíal eſſe hominem, quæ eſt falſa, ꝙ aũt contradictoria huius ipoſſibile eſt aliquod aíal non eé hominem, ſit hæc poſſibile, eſt nullum aíal eſſe hominem, quãuis una ſit de dicto ꝑticulari negatiuo, & reliqua de dicto uniuerſali negatiuo, patet qa uirtus huius termini impoſſibile cadens ſupradictum negatiuũ, cũ in eo ſit uirtus negationis facit ipſum affirmatum, ſicut patet ex ea de neceſſario ad quã conuertitur, quæ eſt affirmatiua. Quia igitur hæc eſt falſa non neceſſe eſt aliquod aíal eſſe hominé, ſicut eſt probatum. reſpondendũ eſt ad argumentũ in contrariũ. quũ dicitur equum eé hominé non eſt neceſſe, & equus eſt aliquod animal ergo aliquod aíal eſſe hominé nó eſt neceſſe, ꝙ argumẽtũ expoſitoriũ. Si datur i uniuerſalibus termis, ab iferiori ad ſuũ ſupius,

negatione præpoſita ſignis in propoſitióibus de ineſſe, uel præ
poſita modis in propónibus modalibus, nó ualet, non enim ſe
quitur, nullus hó currit, ergo nullũ aíal currit, ſed bene, ergo ali-
quod aíal nó currit in primo tertiæ, ſic nullus homo currit, om-
nis homo eſt animal, aliquod animal non currit. In modalibus
uero negatio præpoſita modo negat, qnicquid inuenit eſſe i di
cto, unde ſi iuenit particulare affirmatiuum, facit uniuerſale ne-
gatiuũ, unde ab uniuerſali negatiua de iferiori nó ualet argumẽ-
tum ad uniuerſalẽ negatiuá đ ſuperiori, quia igitur hæc, equũ eẽ
hoíem nó eſt neceſſe equalet huic, nullũ equũ eſſe hoíem ẽ poſ
ſibile, & hæc ſimiliter, aliquod aíal eẽ hoíem nó eſt neceſſe, huic
poſſibile eſt nullũ aíal eſſe hominẽ, ideo nó ſequitur, equũ eſſe
hominẽ nó eſt neceſſe, ergo aíal nó eſſe hoíem eſt neceſſe, ſicut
ẽt nó ſequitur poſſibile eſt nullũ equũ eſſe hoíem, ergo poſſibi
le eſt nullũ aíal eſſe hoíem. Et q̃uis dicta in talibus propónibus
uideãtur eẽ affirmatiua, tamẽ p negatióem modi ſũt negatiua, ad
aliđ ſimiliter reſpódetur quũ dicitur, aliqđ aíal eẽ hoíem ẽ ípoſſi
bile, ergo aliqđ aíal eẽ hoíem nó ẽ neceſſe, dicitur cócedẽdo có
ſequẽtiá, negãdo ãt antecedẽs, utraq;.n.ẽ ſimiliter falſa, nec ualet
equũ eſſe hoíem ẽ ípoſſibile, & equus ẽ aliqđ aíal, ergo aliqđ aíal
eẽ hoíem ẽ ípoſſibile, arguitur.n.ſic prius ab íferiori ad ſuũ ſupi-
us negatióe præpoſita. Iſte.n.terminus ípoſſibile includit nega
tionem, per quá diſtribuit ſubiectũ ipſius dicti. Ad cõfirmatio
nẽ, quãdo in tertia figura ſic concluditur, oẽm aſinũ eſſe hoíem
nó eſt neceſſe, oís aſinus eſt aliquod aíal, ergo aliquod aíal eſſe
hoíem nó eſt neceſſe, dicẽdũ ꝙ talis ſyllogiſmus nó eſt íprimo
tertiæ, imo nec í figura, quæ.n.pro maiori aſſumitur nó ẽ uniuer
ſalis ſed pticularis, dictũ eſt eni, ꝙ negatio appoſita mó & ſupra
ipſũ cadẽs & negat modũ, & negat dictũ. hæc igitur omnem aſi
nũ eſſe hoíem nó eſt neceſſe, eſt pticularis de poſſibili; & ẽ uera,
æqualet.n.huic, poſſibile ẽ aliquẽ aſinũ nó eſſe hoíem, cũ q̃ ma-
ior, q̃ ſumebatur nó pót cócludere aliqđ aíal eſſe hoíem, nó eſt
neceſſe, nó.n.ſeqtur poſſibile ẽ aliquẽ aſinũ nó eẽ hoíem, & oís

áſinus eſt aliquod animal, ergo non neceſſe eſt aliquod animal eſſe hominem, nam hæc concluſio eſt uniuerſalis negatiua de poſſibili, & æqualet huic, poſſibile eſt nullum aïal eſſe aſinum, quæ nō pōt ꝯcludi ꝑ maiorē ꝑticularē, & minorē uniuerſalem, ut recte cōſtat, eodē mō reſpōdetur ad hoc, quādo dicitur, omne aſinū eſſe hoīem eſt īpoſſibile, & oīs aſinus eſt aliquod animal, ergo aliquod aīal eſſe hominē eſt impoſſibile negādo .ſ. argumentū, nō enī Ariſtoteles in libro prioꝝ fecit aliquā mentionem de modali de īpoſſibili, nec aliqd dixit de miſtura propoſitionis modalis de īpoſſibili cū propōne de ineſſe. Sed ſolum poſuit tres ſpēs propoſitionū .ſ. de ieſſe de neceſſario, & de poſſibili, nec propter hoc Ariſtoteles fuit diminutus, quia propoſitio modalis de īpoſſibili ſemp æquiualet alicui neceſſariæ, & ideo pertractādo de propoſitiōibus de neceſſario, & de miſtura eius ptractauit cōſequēter de propoſitione modali, de īpoſſibili, nec ualet ſi dicatur maior eſt neceſſaria .ſ. omne aſinū eſſe hominem eſt īpoſſibile & eſt uniuerſalis, ergo cū minori de ineſſe aliquid ſequetur, ſic neceſſe eſt omnē aſinū eſſe hominē eē impoſſibile, oīs aſinus eſt aliquod aīal, ergo aliquod aīal eſſe hominem eſt īpoſſibile, dicitur ꝙ minor debet eſſe de ieſſe, reſpectu totius ſubiecti, & nō reſpectu ꝑtis ſubiecti, totū enī qđ ſubiicitur in una debet ſubiici in reliqua in tertia figura, ſubiectū aūt maioris eſt totū hoc, omne aſinū eſſe hoīem eſt īpoſſibile, eſt āt neceſſe & prædicatū. Sed dices, ubi maior ſumitur modalis, minor de ieſſe nunq̄ totū ſubm maioris eſt ſubm' uel prædicatum minoris. ſed ſolum ſubm uel prædicatū dicti, dicitur ꝙ hoc ē uerum. Sed ſub hac maiori neceſſe eſt omnem aſinum eſſe hominem eſſe īpoſſibile nō ſumitur minor, cuius ſubm ſit ſubm dicti uel ſbm totius modalis, q̄re &c. Rurſus dicimus ſi aliq̄ propō de īpoſſibili ſit uniuerſalis, & illi adiungatur aliqua de ineſſe, nō debemus abſolute admittere ex illis aliquid ſeq, eſto ꝙ ex propoſitiōe uniuerſali de neceſſario cum tali de ineſſe aliqd formaliter ſequeretur. Sed debemus aduertere, cui de neceſſario æqui

ualet illa, de ipoſſibili, & ſi ex illa de neceſſario, cui illa de ĩpoſſibili æquiualet, aliqd ſequitur cū illa de ĩeſſe, debemus admittere, ꝙ ex tali de impoſſibili, cū illa eadē de ineſſe illud idē ſeqtur. Quia igitur hæc omnē equū eſſe hominē eſt impoſſibile æquiualet huic, neceſſe eſt aliquem equū nō eſſe hominē, patet autē ꝙ ex hoc particulari cū illa de ineſſe, quæ ſumebatur, oīs equus eſt aliquod aīal, nō debet inferre niſi hāc, neceſſe ē aliquod aīal nō eſſe hominē, & hoc bene uerū eſt. Nec ualet, ſi dicas accipiā uniuerſalē negatiuā de neceſſario, hāc. ſ. neceſſe eſt nullū equū eſſe hominē, & ꝑ hanc cōcludā cū illa de ineſſe primum intentum. ſ. non neceſſe eſt aliquod aīal eſſe hominē. Ad hoc dicitur primū, ꝙ hæc impoſſibile eſt, oēm equū eſſe hominem, nō æquiualet huic neceſſe eſt nullū equum eſſe hominē, quod patet in alia materia, nā impoſſibile eſt oē aīal eſſe hominē, nō æquiualet huic; neceſſe eſt nullū aīal eſſe hominē, nam antecedēs uerū eſt: conſequens uero falſum, ut cōſtat. Sed quia hæc propoſitio eſt uera, neceſſe eſt nullū equū eſſe hominē, eſto ꝙ nō cōuertatur ad illā impoſſibile eſt omne equū eſſe hominē, adhuc uidendū eſt quod ad ipſam ſequatur. Et dico ꝙ nihil aliud ſequitur, q̄ prius quādo ſumebatur ꝑticularis negatiua neceſſaria, nam dicēdo neceſſe eſt nullū equum eſſe hominē, omnis equus eſt aīal, ergo neceſſe eſt aliquod aīal nō eſſe hominē ex ſecūdo tertiæ figuræ. nō autē poteſt cōcludi, nō neceſſe eſt aliquod aīal eſſe hominē, nam hæc eſt uniuerſalis negatiua, quæ nō pōt concludi per tertiam figurā, æquiualet enī huic, poſſibile eſt nullū animal eſſe hominem. Nec poteſt dici ꝙ cōuerſa maiori efficietur prima figura, in qua poterit cōcludi uniuerſalis negatiua, nam ꝑ cōuerſionem maioris uniuerſalis in modis tertiæ figuræ nō habetur prīa figura, quia mīor eſt negatiua, modus ēt ſecūdus tertiæ figuræ nō reducitur ad primā figurā per conuerſionē maioris, ſed bene ꝑ conuerſionē minoris, & nō reducitur ad modum concludentem uniuerſalem negatiuam, ſed ad modum concludentē particularē negatiuā, nō enim cōuerſa hac neceſſe eſt nullum equū

eſſe hominem cum prædicta de ineſſe, ſequitur uniuerſalis ne gatiua de neceſſario, ſic neceſſe eſt nullum hominem eſſe equũ, omnis equus eſt animal, ergo neceſſe eſt nullũ hominẽ eſſe animal, antecedens enim uerũ eſt & conſequens falſum, nã iſte ſyllogiſmus nõ eſt in aliqua figura. quia ſubiectũ maioris eſt prædicatum in minori, nec poteſt dici, ꝙ ſit de præmiſſis tranſpoſitis, nam minori exiſtẽte negatiua in prima figura nõ eſt ſyllogiſmus. Et per hoc patet error pauli ueneti qui arbitratus eſt primã figuram eſſe per hoc, ꝙ id quod eſt ſubiectum in una ſit prædicatũ in altera, non autem præciſe per hoc, quod eſt ſubiectum maioris ſit prædicatum in minori, nam ut patet, ex ueris ſequeretur falſum, nullus homo eſt equus, omnis equus eſt animal, nullus homo eſt animal, i ſecundo primæ, ſequeretur etiam quod modi tertiæ figuræ poſſent reduci ad primam figuram per conuerſionem maioris nulla facta tranſmutatiõe in premiſſis, cõſequẽtia patet intelligenti, quia & cetera.

Quæſtio quarta de cõuerſione propoſitionum affirmatiuatum de contingenti.

d Vbitatur de conuerſione propoſitionum affirmatiuatum de contingenti in tertio ſignificato, non enim uidetur affirmatiua conuerti, contingit.n. omnem hominem eſſe grammaticum, ergo contingit aliquod grammaticum eſſe hominem. Neque etiam uidetur conuerti, contingit aliquem hominem eſſe grammaticum, ergo cõtingit aliquem grammaticum eſſe hominem, neceſſe eſt enim omnem grammaticum eſſe hominem. Secundo arguitur ſic contra deductionem Ariſtotelis. Contingit aliquod.b. eſſe.a. & tamen non contingit aliquod.a. eſſe. b. Quia enim contingit aliquod. b, eſſe. a. contingit aliquod. b. non eſſe.a. hæc igitur poteſt eſſe uera, non contingit aliquod.a. eſſe .b. non quia neceſſe ſit nullum. a. eſſe. b. ſed quia neceſſe eſt

omne.a.eſſe.b.quæ conuertitut in hanc,neceſſe eſt aliquod.b. eſſe.a.quæ non repugnat illi, contingit aliquod.b.eſſe.a. quia ambæ particulares ſunt.tertio arguitur ſic, contingit omne quale uel aliquod quale eſſe album, & tamen non contingit aliqđ album eſſe quale, ſiue ſumatur album ſignificatiue, ſiue denoĩatiue.pro reſpõſiõe ad primũ argumentum, ſciendum ꝙ Albertus concedit contingens, tertio modo non ſemper conuerti in contingens tertii modi, ſed aliquando ad contingens, quod ſequitur ad neceſſarium, ſicut uniuerſale ad particulare, & inquit Albertus, ꝙ hoc uoluit Ariſtoteles, quia Ariſtoteles non dixit ꝙ contingens non neceſſarium conuertatur ad contingens nõ neceſſarium, ſed ſequitur ad contingens id, quod aliqui dicunt contingens altum, quod ſequitur ad neceſſarium. Et inquit ipſe contingens natum non conuertitur in eandem acceptionem contingentis. Sed in neceſſarium, ut quia contingit hominẽ eẽ grãmaticum contingentia nata eſt, quia homo eſt aptus natus eſſe grãmaticus, ideo non conuertitur in contigens natum. ſed in neceſſarium contingit grãmaticum eſſe hominem. Sed quia Albertus errauit in principiis, quia p nõ neceſſarium intelligit ipſe contingens natum & contingens infinitum, & de contingenti infinito ipſe uult conuerti in contingens nõ neceſſarium ſicut dicendo, contingit hominem ambulare, contingit ambulans eſſe hominem, de contingenti autem nato aliter ſentit intelligendo per contingens natum, quando ſubiectum habet aptitudinem ad prædicatum, dicamus enim contra ipſum primo, quia Auerrois loquens de poſſibili, tertio modo quod.ſ. ſe habet ad utrumlibet probat, quod non conuertitur in neceſſarium, quia tunc accepto illo neceſſario, & cõuerſo idem eſſet neceſſarium & contingens, quod eſt ĩpoſſibile ut arguamus in terminis ignotis, ſic contingit omne.a.eſſe.b. ergo contingit aliquod.B.eſſe.A.ſi non contingit, ſed eſt neceſſarium, ut ponit Albertus de contĩgenti ad utrumlibet nato eo modo, quo declaratum eſt, ergo neceſſe eſt aliquod.a.eſſe.b. & ponebatur cõ-

tingere ad utrunlibet, omne. A, eſſe. B. quod conuertitur in hãc cõtingit nullũ. a. eẽ. b. ſicut ĩfra patebit, ergo duo cõtradictoria erũt ſimul uera, contingit nullum. a. eſſe. b. & neceſſe ẽ aliquod A. eſſe. b. quod eſt ĩpoſſibile, diceret forte Albertus, hãc neceſſe eſt aliquod. b. eſſe. a. nõ conuertit, q͂a eſt neceſſaria ſecũdum determinationẽ arguitur tunc ſic propõni, quæ ſcd̃m determinationẽ eſt aliqualis cũ aliquo modo nõ repugnat ſibi alius modus ex quo non ineſt ſibi alterꝛ oppoſitorꝛ de neceſſitate, niſi cum determinatione. poterit igitur hæc propoſitio cõcedi, cõtingit aliquẽ grammaticũ eſſe hoĩem, non quidem, ꝙ ſicut hõi poſito in eſſe contingit poſt modũ eſſe grãmaticum, ita grãmatico conſtituto in eẽ, hõ poſſit de ipſo non prædicari, uel ip ſi nõ ineſſe. tali enim modo eſt propoſitio neceſſaria, neceſſe ẽ grammaticũ eſſe hominem. Sed quia li grammaticũ in hac propoſitione contingit aliquẽ grãmaticum eſſe hominẽ ſupponit pro eo ꝙ contingit eſſe grãmaticum, ſiue nunc ſit, ſiue non ſit aliqd̃ grãmaticum, uerificatur propoſitio hæc pro grãmatico. quod non eſt, & contingit eſſe grammaticũ, quod enim eſt grãmaticũ neceſſario quidem eſt homo, quod autem contingit eſſe grammaticum, non neceſſario eſt homo. quod enim contingenter generabitur contingit eẽ grammaticum, & contingit eſſe hominem. Et breuiter concludendo grammaticum, neceſſario ẽ homo, & contingenter grãmaticum eſt homo, neq; iſta repugnãt quia una eſt neceſſaria. ſecundum quid, & alia eſt contingẽs, nõ quidem ſimpliciter, quia abſolute grammaticus eſt homo, Sed etiam ſecundũ quid in quantũ grãmaticum cõtingit eſſe, Et ſic dicendũ eſt duos modos eẽ propoſitionis contingẽtis unum, qui eſt reſpectu prædicati in ordine ad ſubiectum, & non modi in ordine ad idem ſubiectum, ſicut contingit hõinem eſſe grãmaticum, non quia non ſit neceſſarium hominem eſſe, ſed q͂a non eſt neceſſarium ipſum eſſe grammaticum, ſecundum uero non quia grammatico conſtituto in eẽ contingat indifferẽter eẽ hominem, & non eſſe hominem Sed quia grammaticum con-

tingit eſſe, & cõtingit nõ eſſe, & propterea contingit eſſe homi
nem, & non eſſe hominẽ, ut poſitum autem actu eſt neceſſario
homo. Sed hæc non continetur abſolute inter propoſitiones
neceſſarias, ſicut patet, quia nõ abſolute conuertitur, ſicut illæ.
Omnis igitur propoſitio, quæ non eſt in terminis neceſſariis.
eſto quod prædicatum ſubiecto inſit neceſſario. dum ſubiectũ
ponitur in actu abſolute debet dici de ineſſe. per accidẽs uero
neceſſaria, & etiã aliquo modo contingens, propterea ꝙ i ipſis
non eſt neceſſitas per naturam terminorũ, ſed ſolum per habi-
tudinem ipſorum inter ſe. Sed tu dices, ſi tales propoſitiones
non debent abſolute dici de neceſſario. neq; abſolute contin-
gẽtes, ſed abſolute de ineẽ. Cur appoſito modo neceſſitatis cõ
cedimus ipſas eſſe neceſſarias in hora in qua ponitur ſubiectum
& tamen non conuerti in eadem hora, eo modo quo propoſi
tiones de neceſſario. pro eo tempore uero in quo ſunt contin-
gentes admittimus eas eſſe contingentes, & modo propoſitio
num de contingẽti conuerti. Ad hoc reſpondetur. ꝙ tales pro
poſitiones magis accedũt ad naturam contingẽtis per appoſi-
tionem modi contingentiæ, q̃ ad naturã propoſitionum neceſ
ſariarum, quãuis modus neceſſitatis apponatur. nã tales propo-
ſitiones accedunt ad naturã contingentis propter duo, primũ
quia nõ ſunt in terminis neceſſariis. ſecundũ quia alter termioꝝ
reſpectu alterius ſe habet indifferẽter. quãuis enim grãmaticum,
ſi ponatur actu neceſſario, ſit homo, tamen grãmaticus contin
gẽter ponitur, & non eſt neceſſe ſemper eſſe grãmaticum actu.
Et in his quæ aliquando ſunt, & aliquando non ſunt, maius eſt
tempus in quo res non eſt, quã in quo res eſt, & per non eſſe di-
cuntur contingere magis, propterea ſuſcipiunt rationem con-
tingentium quã neceſſariorum, unde quamuis Socrates exiſtẽs
neceſſario ſit homo, tamen Socrates potius debet dici, contin
genter eſſe homo quam neceſſario eſſe homo, quia maius tem
pus eſt. in quo non eſt, per quod dicitur contingere, quã i quo
eſt per quod dicitur neceſſario eſſe homo. Eſt & alia ratio, quia

alter terminorum ad alterum ſe habet contingenter, neque iter ipſos eſt neceſſaria habitudo reſpectu utriuſq; extremi. Sed eſt ſola habitudo neceſſaria unius ad alterū tantum, & non eſt ſemper ſecundum ſe, quia non eſt ex terminis, qui neceſſario ſint ſemper. Vnde de Socrate uerius dicimus Socratem contingēter eſſe hominem, quā neceſſario eſſe hominem. nam ſecundum primam conuertitur. Aliquis homo contingenter eſt Socrates ſecundum aliam uero non conuertitur neceſſario, aliqs homo eſt Socrates. Contingenter enim nullus homo eſt Socrates. Et ſimiliter contingit omnem grammaticum eſſe hominem, potius quam neceſſe eſt omnem grammaticum eſſe hominem. Quare ſi tales propoſitiones ponantur ineſſe, nullum ſequitur inconueniens, contingit enim omnem grammaticum eſſe hominem, & contingit aliquem grāmaticum non eſſe hominem, quæ ſi ponatur ineſſe, non erit conſtantia ſubiecti, aliquod enim grammaticum non eſt homo, quando aliquod grāmaticum non eſt. ueruntamen. Eſto quod contingat ad utrumlibet hominem aliquem eſſe grammaticum, & aliquod grammaticum eſſe hominem, non tamē ſecundum eandem rationem debēt poni in actu particulares negatiuæ prædictis oppoſitæ. contingit aliquem hominem non eſſe grammaticum, & cōtingit aliquod grammaticum non eſſe hominem. prima enim poteſt poni ineſſe dupliciter. uno modo poſito, quod aliquis homo ſit qui non ſit grammaticus. alio uero modo, quia poteſt generari, qui non ē grammaticus. hæc uero propoſitio, contingit aliquod grammaticum non eſſe hominem, non poteſt poni ineſſe, quod aliquod ſit grammaticum, & illud non ſit homo, nam hæc eſt impoſſibilis. Sed ponendo, quod aliquod grammaticum non ſit. dicuntur autem conuerti in tertio ſignificato contingēter prædictæ duæ ſecundæ propoſitiones particulares negatiuæ, non tamen eodem modo poſſunt poni in eſſe. quia contingentia ad utrumlibet non erat in utraque. ſecundum habitudinem ſubiecti ad prædicatum. Sed ſolum

in altera. nam in hac contingit aliquod grammaticum nó eſſe hominem, eſt contingentia ad utrumlibet ſecundum habitudinem ad ſubiectum, non prædicati ad ipſum ſubiectum. Aduertendú eſt præterea, quod hæ propoſitióes ſunt ſimul ueræ, contingit omnem hoiem eſſe grammaticum, & contingit aliquem hominé nó eſſe grammaticum neq; inter ſe ſunt contradictoriæ, quia prima æquiualet huic, contingit nullú hominem eſſe grámaticum, quæ prædictæ particulari non repugnat. Ipſa uero particularis negatiua æquiualet pticulari affirmatiuæ, quæ etiá nó repugnat uniuerſali affirmatiuæ. non tamé prædictæ propoſitiones poſſunt ſimul poni in actu, quia fierent propotióes de ieſſe, quæ ſunt cótradictoriæ. Sed etiá prædicta occurrit una dubitatio, qa ſi uerum eſt dicere, ꝙ contingit omné hominem eſſe grámaticum, & ſimiliter oé grámaticum eſſe homiem, quæritur an ſit contingés, ut in pluribus grámaticum eſſe hominem & ecótrario, uel in paucioribus, uel æqualiter dicédum, quod ſi loquamur de grámatico aptitudinaliter, cú aptitudine, patet ꝙ ſemper homo ineſt grámatico, & grámaticus ineſt homini, etiá ſemper, & hó ſemper eſt, & grammaticus ſemper eſt. Si uero loquamur actualiter dico, ꝙ ut in pluribus hó pót eé grámaticus, ideſt maior pars hois non eſt grámatica, quæ poteſt eſſe grámatica, ſiue accipiatur hó ſolum ad ea, quæ actu ſunt ſuppoſita ſub homine, uel etiá ad ea, quæ contingunt eſſe ſuppoſita ſub hoie, hæc uero contingit grámaticum eſſe homiem, eſt etiam uera, ut in pluribus, non quidem ꝙ maior pars eorum qui grámatici ſút non ſint homines, hoc enim falſum eſt, et impoſſibile. ſed qa maior pars eorum quos contingit eſſe, contingit eſſe grammaticos, & eſſe homines. poteſt etiam dici contingere hominem eé grammaticum in paucioribus, quia pauciores homines cótingit eſſe grámaticos, hoc eſt in ordine ad propoſitionem de ineſſe ſecundum ꝙ potentia eſt in cóiuncta actui, contingit auté grammaticum eſſe hominem, non ſolum, ut i pluribus, ſed ſemper quum grammaticus eſt, quia ſecundum talem rationem di

citut ſemper in eſſe, unde propoſitio quæ eſt de contingere, ut in paucioribus conuertitur in propoſitionem de ineſſe, ut ſemper quæ dicitur contingens propter contingentiam terminorum. Ariſtotéles autem diuidit contingens ut in pluribus ut in paucioribus, & æqualiter non niſi in ordine inhærentiæ prædicati ad partes ſubiecti, non autem in ordine ipſius contingentiæ ad ſubiectum. Et breuiter intellexit Ariſtotéles de materia contingenti, non autem de materia de ineſſe qualis eſt hæc grámaticum eſt homo, ſicut patet ex quæſtionibus antepoſitis. Si igitur contingens ponatur in propoſitionibus determinans habitudinem prædicati ad ſubiectum, dico qđ diſtictio poſita ab Ariſtotele locum habet, non autem ubi li contingẽs ponat cótingentiam terminorum. Et per hæc pateat reſpóſio ad primũ argumentum. Et ſimili modo reſpondendum eſt omnibus cóſimilibus argumentis cótingẽter deus creat & creás eſt cótingẽter deus. uiator poteſt eſſe damnatus, damnatus poteſt eſſe uiator, conceduntur enim omnes prædictæ cóuerſiones in eo ſenſu quem explicauimus, quáuis enim creans neceſſario ſit deus in hora qua creat tamen contingit creans eſſe, & conſequenter contingit creans eſſe deum, non dico, quod id quod cótingit eſſe creans contingenter ſit deus, nam hoc eſt impoſſibile, quia omne id de quo uerum eſt dicere contingit eſſe creans neceſſario eſt deus. Sed quia poteſt eſſe. quod nullum creans ſit deus, quia poteſt nullum creans eſſe, ideo dicimus creans contingere eſſe deum. Ocham uero & alii per ſenſum compoſitum & diuiſum omnes difficultates diſſoluunt, & dicit ipſe ocham, qđ in ſenſu compoſito omnes conuertuntur. ſicut ſuæ de ineſſe, & quod hoc tenet per unam regulam ſi unum conuertibilium eſt contingens, & reliquum eſt contingens, unde inquit ipſe hominem eſſe album eſt contingens & album eſſe hominem eſt contingens, & ſimiliter deum creare eſt contingens & creans

eſſe deum eſt contingens. & eodem modo ipſæ ponit in negatiuis. Et puto uelit dicere ocham quod propoſitiones quæ nõ ſunt in terminis neceſſariis ſi conuertens eſt contingens & conuerſa eſt contingens propterea, quod tenet ipſe quod ſi unum conuertibilium eſt contingens & reliquum ſit contingens. & quantum ad hoc non uidetur diſtinguere ocham inter propoſitiones de contingenti a propoſitionibus de ineſſe, unde accipit ipſe contingere pro contingenter ineſſe, & ut ſic manifeſtum eſt propoſitiones omnes conuerti, propterea quod ſi altera ipſarum eſſet neceſſaria oporteret de neceſſitate, quod conuerteretur in aliam de neceſſario ſicut iam probatum eſt, & addit hoc, quod hæc regula tenet in his de contingenti, quarum propoſitiones de ineſſe conuertuntur ſimpliciter idest in quibus non mutatur quantitas, quia non ſequitur omnem ſubſtantiam exiſtentem in actu eſſe deum eſt contingens. ergo deum eſſe ſubſtantiam exiſtentem in actu eſt contingens, antecedens enim eſt uerum, quia poteſt eſſe uerum. conſequens autem eſt impoſſibile, quia deus eſt neceſſario ſubſtantia exiſtens in actu. unde diceret ocham, quod hæc propoſitio deus creat eſt contingens, quia poteſt eſſe uera uel falſa, & ſimiliter hæc creans eſt deus, propter eandem rationem eſt contingens, eſt enim uera ſi aliquod creans ſit, falſa uero ſi nihil ſit creans, & quantum ad hoc puto ipſum recte dicere. Sed quia ipſe non putauit in intellectu compoſitionis propoſitionem uniuerſalem conuerti, hanc ſcilicet contingit omnem ſubſtantiam exiſtẽtem in actu eſſe deum, dicendum quod talis propoſitio non dicitur eſſe contingens ratione ſuarum omnium ſingularium, neque ratione alicuius ſingularis. ſed ſolum eſt uera ratione denominationis uniuerſalis, quia ſubſtantiæ in actu non contingit eſſe deum inquantum ſubſtantia uel inquantum actu exiſtens. ſed inquantum omnis, & ideo quum tale ſignum hic det modum contingentiæ uerum efficitur pars quodammodo propoſitionis con

tingentis, nihil enim quod tali ſigno includitur reddit propoſi
tionem cótingentem, primo reſpectu cuiuſcunque ſubſtracti,
propoſitio eſt falſa, unde talis propoſitio in uirtute eſt defi-
nita uel particularis, propterea quod li omne non ſtat pro ſup-
poſitis diuiſiue, quod requiritur ad hoc, ut propoſitio ſit uni-
uerſalis, ſicut probauimus in quæſtione noſtra de parte ſubiecti
poſita in obliquo. Et ideo talis propoſitio ſic eſt conuertenda
contingit omnem ſubſtantiam exiſtentem in actu eſſe deum,
ergo conting.t deum eſſe omnem ſubſtantiam exiſtentem in
actu. In ſenſu uero diuiſo uult ocham talis propoſitionem ab-
ſolutæ non conuerti, contingit deum creare, ergo contingit cre
ans eſſe deum, antecedens enim eſt uerum. quia hoc prædica-
tum creans ineſt contingenter deo, hoc autem prædicatum de
us non ineſt contingenter huic termino creans, nec etiam illi
quod contingit eſſe creans. quia id quod ſignificat neceſſario
eſt deus ĩ hora ſupple qua creans eſt, & ſimiliter quod denomi-
natur per creans contingenter, neceſſario eſt deus hic eſt intel-
lectus ocham de ſenſu compoſito & diuiſo, ut ſenſus compoſi
tus accipiatur quandocunque de propoſitione de ineſſe mo-
dus prædicatur. Senſus uero diuiſus quando prædicatum præ-
dicatur de ſubiecto cum tali modo, Et propterea uult ocham
hanc propoſitionem contigit deum creare, conuerti quidem
in unam de contingenti in ſenſu diuiſo, non tamen modo
contingentiæ eodem modo determinante aliquod extremo
rum, ſicut in iſta quæ ſumpta eſt. id enim quod eſt deus con-
tingit creare id, aut quod eſt creans non contingit eſſe deum,
ſed ſolum id quod contingit eſſe creans eſt deus. Tu autem di
cas qđ de hoc termino creans prædicatur contingẽter deus, qa
contingẽter creãſ eſt, & quod omnis propoſitio quæ ẽ cótingẽſ,
eſt de prædicato cótingẽter inhærente ſubiecto, uel inquantum
ſubiectum contingenter eſt, uel iquãtũ ipſi exiſtẽti prædicatum

contingenter ineſt. Et propterea hæc propoſitio créans eſt contingenter deus pro eo, quod ſignificatur per creans, propoſitio eſt contingens, & ad modum loquendi ipſius ocham etiam in ſenſu diuiſo, & ſic non eſt opus dicere, quod propoſitio de contingenti, aliquando conuertatur in propoſitionem de ineſſe, aliquando in propoſitionem de contingenti. Semper enim conuertitur in propoſitionem de contingenti, non tamen prorſus eo modo, quo una eſt de contingenti. tertio modo eadem ratione alia ſit de contingenti, etiam tertio modo utrunque tamen eſt de contingenti, tertio modo. Quod uero dixit ocham quod accipiendo contingens in ſenſu compoſito. Negatiuæ etiam ſimiliter conuertuntur, quia propoſitiões de ineſſe negatiuæ uniuerſales, quæ inuicem conuertuntur, tales ſunt, ꝙ ſi una eſt contingés, & reliqua eſt cótingens, dico ꝙ uerum eſt, ꝙ propoſitio de ineſſe contingens có uertitur in uná. quæ eſt contingens, & utrunq; eſt de ineſſe. Sed tale ſignificatum non eſt ſignificatum contingentis. licet enim uerum ſit. ꝙ de omni propoſitione contingenti. tertio modo iſte terminus contingens prædicetur de tota propoſitione, tamen non de quacunq; propoſitione prædicatur hic terminus contingens eſt de contingenti tertio modo & licet negatíe de contingéti tertio modo ſint propoſitiones contingétes nó tamen conuertuntur ſicut ſtatim patebit. Quod auté dixit ochá quod creans neceſſario eſt deus, ſiue creans accipiatur pro eo, qui creat, ſiue pro eo qui contingenter eſt creans, dicendum ſicut ſuperius iam dictum eſt ꝙ hæc eſt neceſſaria ſecundum qd & etiam de contingenti. unde creans neceſſario eſt deus in hora, qua eſt creans, & eſt contingenter deus, quia non ſemper eſt deus, ex quo non ſemper eſt creans, Abſolute autem eſt propoſitio de ineſſe creans eſt deus. Errauit etiam errore manifeſto, quia in propoſitionibus omnibus feré uidetur, accipere ſubiectum propoſitionis pro eo, quod denominatur, &

non cognouit q termini in propoſitionibus ponunt ſignificatum formale, & etiam errauit, quia diſtincta capita fecit in ſuo libro de propoſitione de poſſibili, & de propoſitione contingenti, & locutus eſt de poſſibili in communi quod ſequitur ad neceſſarium, & non neceſſarium, tanquam ut ſic ipſum habeat diſtinctum conuerſionis modum à neceſſario, & ab ineſſe, & à contingenti. & non cogitauit de uerbis Ariſtotelis, dicantur igitur eadem contra ipſum, quæ dicta ſunt contra Albertum, i hoc enim imitatus eſt ipſum. Ad ſecundum uero argumẽtum quod etiam ab Alberto fit, eſt reſpondendum, quod ſi contingit aliquod.b. eſſe.a. contingit etiam aliquod.a. eſſe. b. Si enim neceſſe ſit omne,a. eſſe.b. neceſſe eſt aliquod.b. eſſe.a. Hæc autem duo repugnant, neceſſe eſt aliquod. b. eſſe.a. & contingit aliquod.b. eſſe.a. non quia particularis particulari repugnet. inquit Albertus, ſed quia neceſſitas particularis repugnat contingentiæ, & in hac materia tantum ualet dicere neceſſe eſt omne b. eſſe.a. quantum neceſſe eſt aliquod.a. eſſe.b. & quicquid ſtat cum una ſtat cum altera, & quicquid repugnat uni repugnat alteri contra hanc reſponſionem Alberti, forte inſtabitur, quia in terminis manifeſte apparet quod aliqua propoſitio eſt de neceſſario particularis uera, quæ non eſt de neceſſario uniuerſalis uera. neceſſe eſt enim aliquod animal eſſe hominem, & tamen non neceſſe eſt omne animal eſſe hominem, & hæc propoſitio contingit aliquod animal eſſe hominem. uidetur ſtare cum particulari, & tamen repugnat ipſi uniuerſali. dicamus autem nos uerum eſſe quod aliqua propoſitio eſt uera de neceſſario particulariter, quæ non eſt uera uniuerſaliter. Impoſſibile autem eſſe quod aliqua propoſitio ſit contingens ſolum particulariter cuius conuerſa ſit neceſſaria uniuerſaliter exempli gratia impoſſibile eſt, quod aliquod. A. ſit contingenter. b. & tamen omne. b neceſſario ſit.a. nam ex quo.a. eſt contingenter, b. contingit.a: non eſſe.b. & ſic.b. non erit etiam.a. neceſſario, quia corrumpi-

tur oẽ id quod contingit eſſe.b.& conſequẽtet.b. ipſum eſt cõtingenter, ſaltem illud.a.quod corrumpitur, & quod contingebat eſſe.b. Sed difficultas eſt de exemplo adducto contra Albertum quomodo uerum ſit quod contingat aliquod animal eſſe hominem. Et tamen non cõuertitur, ut aliqs homo cõtingenter ſit animal, omnis enim homo eſt neceſſario animal, negabitur forte hæc contingenter, aliquod animal eſt homo, quia neceſſario aliquod animal eſt homo. Sicut ſuperius probauimus. Sed contra hæc eſt falſa, neceſſe eſt omne animal eſſe hominem. Sua igitur contradictoria eſt uera, cõtingit aliquod animal non eſſe hominem. Et ſimiliter hæc eſt falſa, neceſſe eſt nullum animal eſſe hominem ergo ſua contradictoria eſt uera, contingit aliqđ aĩal eſſe hoĩem. Iſtæ igitur ſunt duæ ſub contrariæ ſimul ueræ contingit aliquod animal eſſe hominem, & contingit aliquod animal non eſſe hominem. Et tamen non conuertitur contingenter aliquis homo eſt animal. Ad hoc autem dicendum eſt quod hæc propoſitio contingit aliquod animal eſſe hominem eo modo quo eſt contingens ad utrumlibet eo modo conuertitur, eſt autem contingens, ad utrumlibet, non quia ſubiectum poſſit eſſe ſub prædicato, & poſſit nõ eſſe, ipſo non corrupto, non enim eſt aliquod unum animal quod ſe habeat per indifferentiam ad eſſe hominem, & nõ eſſe hominem ipſo remanente aĩali, Sed ſolum contingit aliquod animal eſſe hominem, quia contingit aliquid fieri animal quod poteſt fieri homo, ipſi autem iam facto, aut neceſſario ineſt homo aut neceſſario non ineſt homo. Eodem modo ad hunc intellectum, contingit aliquem hominem eſſe animal, nõ quod homo, qui eſt contingenter ſit animal. Sed quod contingenter eſt homo etiam eſt cõtingenter animal. Et propterea dico, quod ſemper contingens ad utrumlibet conuertitur in contingens ad utrũlibet, aliquando contingentia determinante prædicatum in or

dine ad ſubiectum, ut in actu poſitum aliquando contingẽtia determinãte habitudinem prædicati ad ſubiectum. per habitudinem contingentiæ ad ſubiectum. Ad neceſſarium autem nõ opponitur contingens ad utrumlibet ſolum, quia tũc duo cõtradictoria eſſẽt ſimul falſa. hæc enim neceſſe eſt deum nõ eſſe, eſt falſa, hæc autem uera non neceſſe eſt deum non eſſe, quæ ſi æquiualeat huic contingit deum eſſe, & loquamur de contingenti ad utrumlibet, ſiue primo modo, ſiue ſecũdo modo etiam falſa erit, & idem de hac dicatur, contingit deum non eſſe. Et ſimiliter hoc idem eſt uidere in terminis generalibus, neceſſe eſt nullum cœlum moueri falſa eſt, & hæc rurſus falſa, contingit aliquod cælum moueri loquendo ſemper de contingentia ad utrumlibet. Et ſimiliter hæc eſt falſa, neceſſe eſt omne cælum quieſcere, & hæc itidem falſa, contingit aliquod cælum nõ quieſcere, & ſi dicatur, quo pacto igitur Ariſtoteles in oſtẽſiõe uniuerſalis negatiuæ de neceſſario uſus eſt, pro contradictoria ipſius contingenti dicendũ. quod uſus eſt cõtingẽti, ut poſito in actu. Et præterea ubi conceditur propoſitionem particularem affirmatiuam de contingenti ad utrumlibet eſſe ueram, dico quod tunc cum uniuerſali negatiua de neceſſario ſe habet, ut contradictoria, & ſemper inter ſe diuidunt ueritatem, & falſitatem, ubi autem non concedatur uera, ſicut in inſtanciis prius factis. dico quod tunc contingens pro neceſſario eſt ſibi oppoſitum. huic enim, quæ dicit neceſſe eſt omne cælum quieſcere contradictoria opponitur contingens eſt aliquod cælum non quieſcere, & hoc contingens ſignificat neceſſarium, huic uero neceſſe eſt nullum cælum quieſcere opponitur, contingit aliquod cælum quieſcere, non in ſignificato contingenter ad utrumlibet, quãuis ſi una ſit uera reliqua ſit falſa, Sed accipitur li contingens pro eo quod ineſt, uel pro eo ꝙ neceſſario ineſt, uel pro eo quod contingenter ineſt. Et breuiter concludo, quod ad neceſſarium opponitur contingẽs in eo ſignificato in

quo cũ neceſſario inuicẽ ueritatẽ uel falſitatẽ tales propoſitio-nes inter ſe diuidunt, cõtingit aũt aliquando ſub uno ſignificato cõtingentis, aliquando ſub alio tales propoſitiones inter ſe ueritatem uel falſitatem diuidere, qui tenent poſſibile habere ſignificatum diſtinctum ab eo quod ſignificat neceſſarium & ab eo quod ẽ ſecundum in eẽ, & ab eo quod eſt dẽ contingenti ad utrumlibet ſecũdum quod ipſi poſſibile dicũt .i. nõ impoſſibile tenẽt qđ tale poſſibile opponatur cõtradictorie ad neceſſarium determinationibus ſe habẽtibus ſecũdum contradictionis oppoſitionem, ſicut in propoſitionibus de in eẽ Geraldus etiam odon conatur monſtrare aliquod eſſe ſignificatum huius termini poſſibile aliud ab his de quibus determiauimus & hoc eſt quod illa tertia ſignificata ſint unum ſignificatum reſpectu poſſibilis quæ continẽtur ſub hac cõmuni ratione quæ eſt non eſſe impoſſibile, & hoc in triplici caſu, primus quãdo propoſitio eſt euidens de poſſibili, quæ non eſt euidens in aliquo illorum ſignificatorum ut poſſibile eſt Gabrielẽ angelum ſe ipſũ intelligere, hæc enim propoſitio non eſt euidens, accepto poſſibili pro neceſſario, nec eſt euidens, accepto poſſibili pro in eſſe, nam dubium eſt an angelus poſſit aliquid intelligere, quod non intelligat intelligendo ſeipſum. Neque tertio modo, quia ſecundum aliquos angeli intellectio eſt eius eſſentia & ſic non ſe habet contingenter ad utrumlibet. Eſt tamen euidens acſit natura poſſibile pro eo quod non eſt impoſſibile, quia cum cepto li intellectualis poteſt intelligere & cum ſit actualis poteſt intelligi ſecundus caſus ex proteruia reſpondentis qui in aliquo determinato ſignificato non uult propoſitionem concedere, pro communi autem ſignificato ſic, tertius uero caſus eſt ad probandam conſequentiam eſſe bonam, dicimus, quod ſi non recte infertur, poſſibile eſt oppoſitum contingentis ſtare cum antecedente, ubi tale poſſibile non ẽ alicuius

determinati ſignificat,ſed ſolū dicit non impoſſibile. His non obſtātibus,forte poſſet aliquis terminus æquiuocus dicere ſua ſignificata diſiunctiue,& poſſibile eſſe aliquem intellectum habere euidentiam de aliqua propoſitione in qua ponitur terminus æquiuocus penes ſignificata,talis termini diſiunctiue accepta,non tamen habere euidentiam ſecundum aliquod determinatum ſignificatum eiuſdem termini. ſignificata autem huius termini contingens uel poſſibile non conueniunt in una aliqua ratione formali eiuſdem termini. Si enim dixero de neceſſario,quare ē contingens uel poſſibile reſpondendum erit, qa non poteſt non eſſe. Et ſimiliter,quod eſt poteſt eſſe,quia eſt,& eodem modo contingens eſſe,poteſt eſſe,quia contingens eſt. Et conſequenter aliquis diceret,quod hoc, quod eſt non eſſe impoſſibile non eſt,communis ratio in iſtis omnibus, ſicut uidentur plurimi imaginari,tum quia hoc non eſt magis notum, quam poſſibile,immo potius ecōtrario. Et ſi dicatur,quod Ariſtoteles in libro periermenias probat ad neceſſarium ſequi poſſibile per medium,quod eſt impoſſibile per deductionem ad impoſſibile. Ad hoc reſpondetur,quod in deductione quæ fit per impoſſibile non ē neceſſe,quod oppoſitū eius quod intenditur oſtenſiue concludi notius ſit, quam ipſum propoſitum intentum.neque præterea tale oppoſitum habet rationem medii ad concludendum aliquid de propoſito, ſed ad concludēdum ſolum oppoſitum alterius præmiſſæ,præterea etiam ad oſtendendum poſſibile ſequi ad neceſſarium non ſumitur non impoſſibile,quod eſt cōuertibile cum poſſibili,ſed ſumitur impoſſibile,quod eſt eius oppoſitum. non ſequitur autem, quod ſi impoſſibile eſſet magis notum quam poſſibile, quod etiam non impoſſibile ſit magis notum quam poſſibile, immo potius oppoſitum, quod autē in tali deductione impoſſibile non ſit magis notum quam poſſibile probatur. Sicut enim ſe habet non ipoſſibile ad poſſibile ſic ſe hēt non ipoſſibile ad ipoſſibile Si igitur impoſſibile eſt magis notum quam poſſibile, in dedu-

ctione quæ ſit ad impoſſibile pari ratione concluſo impoſſibi
li in tali deductione ſi quis ipſum negauerit ſequi accipietur.
non impoſſibile ad deducendum ad impoſſibile probando.
quod ex priori deductione ad impoſſibile directe & oſten-
ſiue concludebatur oppoſitum primi propoſiti, ergo non im-
poſſibile erit magis notum quam impoſſibile, quemadmodum
igitur ſumebatur non impoſſibile ſumi poteſt poſſibile pro op
poſito ipſius impoſſibilis, idem igitur erit magis notum & mi-
nus notum, reſpectu eiuſdem, quod eſt impoſſibile. dicendum
igitur quod deductio ad impoſſibile non procedit ex aliquo
magis noto, cum accipit oppoſitum propoſiti, quod oſtenſi-
ue concluditur. Et ubi etiam concedatur, quod non impoſſibi-
le eſſet magis notum, quam poſſibile, quod tamen eſt falſum ex
quo duplicem priuationem includit, adhuc nó ſequitur, quod
ſit una ratio ipſius poſſibilis communis illis tribus ſignificatis.
dicendo poſſibile eſt, quod non eſt impoſſibile, tum quia defi
nitio de definito, primi debet affirmatiue, tum quia dicendo ē
quod ē nó impoſſibile oportebit accipere definitióem huius,
quod eſt nó impoſſibile loco nominis, & patebit, quod erit pe
titio principii, de hoc tamen uidebitur forte aliq̄d primo prio-
rum maxime in miſtura de ineſſe, & de contingenti, exiſtimo
enim aliquam propoſitionem eſſe poſſibilem, q̄ non eſt neceſ
ſaria, nec etiam de ineſſe, neque etiam contingens ad utrumli-
bet, ſicut poſſibile eſt nullum album eſſe hominem, quæ pro-
poſitio dicit poſſibilitatem ad non eſſe ſiue indifferētia, & ſic
reſpondebimus ad obiecta, quod poſſibile in tali ſignificato ha
bet rationem poſitiuam & non priuatiuam ut arguebatur, qua-
re &c. Ad tertium reſpondetur, quod omne quale contingit
eſſe album eſt falſa, ſicut patet de corporibus ſimplicibus, hæc
autem contingit aliquod quale eſſe album eſt uera, eo modo
quo ſuperius dictum eſt de animali in comparatione ad homi-
nem, & ſecundum idem contingit aliquod album eſſe quale,
quia album poteſt non eſſe, & conſequenter contingit eſſe qua

le,non autem eſt contingenter quale,ſi album ponatur in eſſe, immo eſt neceſſario quale,quod oppoſitum actu,& ſignificatiue acceptum,et neceſſario album,uel neceſſario non album, denominatiue uero pro ſubiecto nō eſt neceſſario album. Sed contingenter album,ipſum uero album pro ſubiecto albedinis actu poſito eſt neceſſario quale,quia autem cōtingit ipſum non eſſe contingit ipſum ſubiectum albedinis neque eē album neque eē quale. In eo igitur ſignificato,in quo hæc eſt uera.contingit,aliquod quale eſſe album.hæc eſt uera,contingit aliquod eſſe quale.prima autem ē uera pro ſubiecto qualitatis, quod nō exiſtēs album poteſt fieri album,ſecunda uero pro ſubiecto ēt albedinis eſt uera.quod enim eſt ſubiectum albedinis contingenter eſt quale,non quod ipſum exiſtens forte non neceſſario ſit quale. Sed quia contingenter exiſtit,contingenter eſt quale. pro ſignificato āt albi concretiue,uel nō ē uerum dicere quod aliquid quale contingenter ſit album,ita & aliquod quale actu poſitum non ſit album,exiſtens tamen quale accipiat albedinē ſubiecto remanente ſub determinata illa qualitate, in qua erat anteq̄ albedinem acciperet,ita enim intelligo per quale denominatiue acceptum,uel ſi eſt uerum dicere,quod aliquod exiſtens quale remanens ſub illa qualitate poteſt fieri album, ſicut dulce contingit eſſe album & conſequenter contingit aliquod quale eſſe album,ſub hoc eodē intellectu concedetur,quod aliquod remanens ſub albedine contingit eſſe quale ſecundum determinatam illam qualitatē,ſecundum quam contingit quale eſſe album. Et non ē inconueniens concedere album ſub actu albedinis contingere eſſe,quale & neceſſario eſſe quale.reſpectu enim unius qualitatis,utputa albedinis album,contingit eſſe quale.ut li contingere dicit ineſſe,reſpectu uero alterius qualitatis li contingere in ordine ad album eſt ad utrumlibet. Et non eſt inconueniens,quod album contingenter ſit quale ut li cōtīgere dicit ieē.& ēt neceſſario ſit,quale.ſupra propoſitionem enim de ineſſe modus neceſſitatis addi poteſt,neque

ipſi repugnat. non autem poteſt album contingenter eſſe quale & neceſſario quale, ut ſi contingenter dicit in differentiam ad utrumlibet ad album reſpectu alicuius qualitatis determinatæ. Et hæc dicta ſufficiant pro hac quæſtione.

Quæſtio quinta de conuerſione propoſitiōis negatiuæ uniuerſalis de contingenti.

d

E uniuerſali negatiua de contingenti multiplex eſt opinio, quidam enim dicunt eam in terminis conuerti uniuerſaliter ad ſeipſam. aliqui uero ad uniuerſalem negatiuam de poſſibili, aliqui uero ad unam propoſitionem de ineſſe, aliqui uero quod ad particularem de contingenti etiam ad utrumlibet, aliqui autem ad nullam prorſus conuerti ex uirtute conuerſionis, alii nec ex uirtute conuerſionis, nec ex uirtute conſequentiæ, pro prima propoſitione, quæ fuit Theophraſti, uidetur eſſe aliqua, quæ pro ipſo fidem faciunt, primum quod talis conuerſio nō minus uidetur regulari, per dici de nullo in propoſitione negatiua de contingenti, quam in propoſitione de ieſſe, probatur, quia ſubiectum ſupponit pro omnibus ſuppoſitis, & ē negatio, quæ remouet prædicatum etiam pro quolibet ſuppoſito ſui in ordine ad ſubiectum, ergo quemadmodum una eſt uera, ita & reliqua. Et confirmatur per modum arguendi ipſius Theophraſti. in omni uniuerſali negatiua totum prædicatum ſeparatur a toto ſubiecto, & ſeparatum a ſeparato ē ſeparatum, ergo ſubiectū erit ſeparatum ab ipſo prædicato modo, quo prædicatum ſeparabatur ab ipſo ſubiecto. Secundo arguitur principaliter ſic, qa ubi propoſitio negatiua uniuerſalis accipiatur ſine modo contingentis, eſto quod ſit in materia contingenti uera ipſa conuertitur in negatiuam, ergo eodem utrobique addito conſequentia erit bona, & confirmatur, quia in tali conuerſione antecedēs eſt contingens ad utrumlibet, ergo conſequens eſt contingens ad utrumlibet, nam ſi eēt neceſſarium ſequeretur de neceſſitate quod ipſum conuerteretur in negatiuam neceſſariam. Et iam di

cebatur q erat cõtingẽs. igitur et ut clare intelligatur ponamus exemplum in termis. Sit hæc propoſitio contingẽs ad utrunlibet. licet nullum. b. eſt. a. conuertitur. n. in hãc nullum. a. eſt. b. & antecedẽs, ut ſupponitur, eſt cõtingens ad utrũlibet. ſi ergo cõſequẽs nõ ſit cõtingens ad utrumlibet erit, uel impoſſibilis, uel neceſſaria. Et qualitercũque dicatur, ipſa cõuertetur in impoſſibilẽ uel neceſſariam. Et ſic antecedẽs nõ poterit fuiſſe cõtingẽs, quia in ipſum cõuertitur. tertio arguitur ſic. Contingit nullũ. a. eẽ. b. ergo cõtingit nullũ. b. eſſe. a. q ſi nõ, detur oppoſitum nõ cõtingit nullum. b. eſſe. a. ergo neceſſario aliquod. b. eſt. a. tunc ſic neceſſario aliquod. b. eſt. a. ergo neceſſario aliquod, a. eſt. b. hæc aũt duo cõtradicũt, neceſſario aliquod. a. eſt. b. & cõtingit nullum. a. eſſe. b. quod patet itelligẽti. ergo hæc & conſimilia argumẽta adduci poſſunt propoſitione ipſius Theophraſti i. cõtrariũ uero eſt, quia ſi uniuerſalis negatiua cõuerteretur, & uniuerſalis affirmatiua etiam cõuerteretur, quod i nulla ſpecie propoſitionum fit. cõſequẽtia patet, quia uniuerſalis negatiua conuertitur ad uniuerſalẽ affirmatiuã, & illa in quã cõuerteretur uniuerſalis negatiua, cõuerteretur ad uniuerſalem affirmatiuã. nam ſequitur, cõtingit nullũ. b. eſſe. a. ergo cõtingit oẽ. b. eſſe. a. & prima conuertitur in hanc, contingit nullum. a. eſſe. b. quæ ad oppoſitas qualitates cõuerteretur in iſtam contingit omne. a. eſſe b. quæ eſſet cõuerſio in terminis, reſpectu illius cõtingit omne b. eſſe. a. dicendum ad hãc quæſtionem quãtum ad hãc poſitionem q uniuerſalis negatiua de cõtingenti ad utrumlibet non cõuertitur in uniuerſalem negatiuam de cõtingenti ad utrumlibet. Ratio eſt, quia in terminis manifeſtiſſime datur inſtãtia, nõ enim ſequitur. contingit ad utrumlibet nullum hominem moueri. ergo contingit ad utrumlibet, nullum motum eſſe hominem immo neceſſario aliquod motum non eſt homo, nam ſi illud eſſet uerum. contingit ad utrumlibet nullum motum eſſe hominem cõtingeret quoq; omne motum eſſe homiem, & ſic cælum cõtingeret eſſe hominem. quod eſt impoſſibile ex quo

neceſſarium eſt ipſum nó eſſe hominem. Si etiam accipiatur li
motum pro eo quod ad utrunlibet contingit eſſe motum, ad
huc propoſitio eſt falſa, quum multa ſint, quæ contingat moue
ri, quæ de neceſſitate non ſunt homo. Ad argumenta autem fa
cta reſpondetur ad primum negando talem conuerſionem te-
nere, & regulari perdici de nullo. licet enim dicẽdo contingit,
nullum. b. eſſe. a. de quolibet ſuppoſito ſubiecti contingenter
remoueatur prædicatum, tamen qa talis modus negationis po
nit indifferentiam ad affirmationẽ ratione huius indifferentiæ
prædicatum non remouetur ſecũdum quodlibet ſui ſuppoſi-
tum à quolibet ſuppoſito ipſius ſubiecti ſecundum talem mo
dum indifferẽtiæ. Et ideo non eſt hic ea cauſa, quæ apparet in
propoſitionibus de ineſſe negatiuis, nã ibi actu remouetur præ
dicatum à ſubiecto ſine aliqua tali indifferentia, & cõſequẽter
ſubiectum à prædicato remouere potuit, ad confirmationem
uero dicitur, ꝙ non abſolute prædicatum remouetur à ſubie-
cto in propoſitione negatiua, de contingenti ad utrũlibet pro
pterea ꝙ ipſa æquiualet affirmatiue, & propterea, ꝙ eſt uera eti
am particulari affirmatiua exiſtente uera, eſto enim ꝙ aliquis ho
mo currat, adhuc uerum dicimus, Contingit nullum hominẽ
currere. & ideo talis negatiua nõ abſolute ſignificat diſiunctio
nem uel ſeparationẽ ſubiecti à prædicato. Ad ſcđm dicitur qđ
ubi accipiatur propoſitio negatiua, quæ ſit i materia cõtingẽti,
aut ipſa eſt poſita actu aut nõ, ſi ipſa eſt poſita actu, tunc ipſa eſt
propoſitio de contingẽter ineſſe, & conuertitur in unam pro-
poſitionem etiam de contingenter ineſſe. dico autem de con-
tingenter ineſſe, quia ſubiecto ineſt prædicatum nõ neceſſatio,
ut ſi nullus hõ currat, dicamus nullus homo currit. Dico hanc
conuerti, ergo nullum currens eſt homo, & ſicut antecedens
eſt non neceſſarium, ita conſequẽs etiam eſt non neceſſarium.
Si uero non poſita ſit ineſſe, talis propoſitio, quæ eſt de modo
contigenti ad utrumlibet, & proferatur ſine modo, conuerti
tur quidem, ſed ſicut conſequens eſt falſũ, ita antecedens eſt fal

ſum, nec ſequitur, quod eodem utrobique addito conuerta-tur, propterea qđ tale additum addit indifferentiam, quæ licet ſubiecto non repugnet reſpectu prædicati, repugnat tamẽ prædicato reſpectu ſubiecti. ad confirmationem uero quum dicitur, hæc conſequentia eſt bona, nullus homo eſt currens. ergo nullum currens eſt homo, conceditur. negatur autem, quod ſi antecedens eſt contingens ad utrumlibet, ꝙ conſequens ſimiliter ſit tale. nam ex falſis ſequi poteſt uerum, & ex contingenti neceſſarium uel poſſibile, quod eſt conſequẽs ad neceſſarium, nõ aũt prædictæ cõſequẽtiæ cõſequẽs ſit neceſſariũ. uel ĩpoſſibile. ſed dicitur eſſe poſſibile, quod à quibuſdam dicitur contingens altũ, unde ponẽda ſunt plurima ſignificata huius termini, contingẽs primum pro neceſſario, ſicut contingit nullũ hominem eſſe equum, quæ de cõtingẽti ad utrũlibet ẽ falſa, qualitercũq; ĩ illis terminis formetur affirmato modo. alio modo ꝙ cõtingẽter ineſſe quomodo dicimus cõtingẽter nullus homo comedit. Et hoc ſignificatur ab Ariſtotele, quũ dixit, & nõ neceſſarium, alio modo poſſibilitatem eſſendi, ſiue exiſtat, ſiue non exiſtat. Siue indifferẽtia ad oppoſitum quomodo uſus eſt Ariſtotéles in miſtura propoſitionum de contingenti cum propoſitionibus de ineſſe, ubi ponit quod maiori exiſtente de ineſſe negatiua uniuerſali miori uero uniuerſali affirmatiua de cõtingenti ad utrumlibet ſequitur conuerſio de contingenti pro poſſibili, quod etiam ſequitur ad contingens ad utrumlibet, & ad neceſſarium, & ad id quod contingenter ineſt. Ad propoſitum igitur hæc conſequentia eſt bona, nullus homo eſt albus ergo nullum album eſt homo, & antecedens eſt contingens ad utrumlibet conſequens uero eſt contingens poſſibile. Ad tertium autem reſpondetur, quod hæc conſequentia non ualet, cõtingit nullum. a. eſſe. b. ergo contingit nullum. b. eẽ. a. & dicitur ꝙ hoc cõtradictorium nõ contingit nullũ. b. eẽ. a. ẽ uerũ nõ quia neceſſe ſit aliquod. b. eſſe. a. ſed quia neceſſe eſt aliquod. b. non eſſe. a. nam ex quo hæc propoſitio contingit nullum. b. eẽ

a.æquiualet huic contingit omne,b.eſſe.a.Ideo eius contradi-
ctorium æquiualebit rationibus cōtradictoriis.ſ.neceſſe eſt ali-
quod.b.eſſe.a.& neceſſe eſt aliquod.b,non eẽ.a.nó quidẽ ꝙ ea
copulatiue ſignificet,ſed diſiũctiue.uera eſt igitur hæc propo
ſitio,nó contingit nullũ.b.eſſe.a.quia hæc diſiunctiua eſt uera
neceſſe eſt aliquod.b.eſſe.a.uel aliquod.b.non eſſe.a.nempe,
qa hæc cótingit nullum.b,eſſe ſecũ copulatiue ſignificat,cõtin
git oẽ.b.eſſe.a.quia ſemp in materia de cõtingenti ad utrũlibet
duæ de oppoſita qualitate copulatiuæ ſumptæ.dicũtur eſſe ſi-
mul ueræ,ut ſi uerum eſt cótingit nullum.b.eſſe.a.uera quoque
hæc copulatiua contingit nullum.b.eſſe.a.& omne.b.eẽ.a.cui
contradictorie opponitur una diſiunctiua de partibus oppo-
ſitis neceſſario aliquod.b.eſt.a.uel neceſſario aliquod.b.nó eſt
a.Et propterea cótradictoria huius cótingit nullum.b.eſſe.a.ꝗ
eſt hæc,nó contingit &c.ſignificat diſiunctiue duas particula-
res de neceſſario,quarum quælibet antecedit ad ipſam.& ipſa
ad nullam illaꝝ,ſicut eſt de parte diſiunctiuæ ad totam diſiun-
ctiuam.Et propterea bene ſeqtur neceſſario aliquod.b.eſt.a.er
go non cótingit nullum,b.eſſe.a.& nó econtrario,nó cótingit
nullum.b.eſſe.a.ergo neceſſario aliquod.b.eſt.a.ſed tota diſiũ-
ctiua neceſſario aliquod.b.eſt.a,uel aliquod non eſt.a.Et eodẽ
modo prorſus dicatur,de hac cótingit aliquod.b.eſſe.a.quod
copulatiue ſignificat,& eius contradictoria diſiunctiue.hæc
enim non contingit aliquod.b.eſſe.a.ſignificat neceſſario nul-
lum.b.eſt.a.uel neceſſario omne.b.eſt.a.& quælibet harum an-
tecedit ad ipſam,& ipſa ad nullam harum.Et per hæc patet,re-
ſpóſio ad omnia obiecta pro uia theophraſti.Pro ſecunda ue-
ro poſitione,quam refert Rodulphus brito,uidetur eſſe hoc,
quia in aliqua materia ſequitur neceſſarium eiuſdem qualitatis,
in aliqua uero materia contingens ad utrumlibet unum.autem
ſignificatum poſſibilis hæc duo compræhẽdit,& enim tam ne-
ceſſarium,quam contingens,ad utrumlibet dicunt habitudinẽ
ad eſſe,uel ad non eſſe,ſecundum quod ſinit de dicto affirma-

to uel negato non ĩcludẽdo ĩdifferentiã ad non eſſe, nec exclu dendo, & patet hoc ſcđm ipſos, qa i nullis termis dari poteſt ĩſtã tia. Et forte hæc poſitio eſt Alberti, q̃uis i conuerſione uniuerſa lis negatiuæ taliter conuerti poſſe non aſſerat, dicit tamen de affirmatiuis ꝙ aliq̃ eaꝝ conuertuntur a contigenti ad utrũlibet ad contigens. ꝙ ſeqtur ad neceſſariũ. Sed contra hãc poſitionem iſtatur, qa tũc non eſſet conuerſio i termis, hoc eſt aliquis terminus non remaneret i conuertente & conuerſa, q̃uis ſcđm ipſum non fiat conuerſio ſed ſolũ penes ſubm uel prædicatum ipſius dicti. Præterea iudicio meo hi decipiuntur, nã licet ad contingens ſeq̃tur poſſibile qđ conuertitur, non tamen propterea ſeqtur ꝙ illud qđ ſequitur ad poſſibile ꝑ ui conuerſionis ſeq̃tur ad contigens ꝑ uĩ etiã conuerſionis, ſequetur ãt ſolũ ui conſequentiæ, ut contigit nullum. a. eſſe. b. ergo. poſſibile eſt nullum. a. eſſe b. ergo poſſibile eſt nullum. b. eſſe. a. ergo a primo ad ultimum. contigit nullum. a. eſſe. b. ergo poſſibile eſt nullum. b. eſſe. a. Nõne uides ꝙ primaꝝ ſecundaꝝ conſequentiaꝝ altera tenet ꝑ uirtutem ſolã conſequentiæ, ſecunda uero ꝑ naturã etiã conuerſionis. Et pp conſimile peccatum ꝑticularem negatiuã conuerti nõ dicimus, quamuis ſeq̃tur nullum. a. eſt. b. ergo aliqđ. a. non eſt. b. Et ad primã rurſus facientes conuerſionem dicemus, ergo nullum. b. eſt. a. ex q̃ ꝑ uirtutem conſequentiæ iferimus, ergo aliqđ. b. non eſt. a. ſicut ãt tertium ſeqtur ad primum, ita quartum ſeq̃tur ad ſecundum. ſed tertium ſeqtur ad primum ꝑ uiã conuerſionis, ergo & quartum ad ſcđm. qđ tamen eſt falſum. Eſto prætẽrea, ꝙ i nullis termis ĩſtãtia dari poſſit hoc non arguit tenere argumentum uirtute conuerſionis, ſed ſolum ratione conſequentiæ. Et hæc dcã ſint ad ſecũdã poſitionẽ, quãtum uero ad tertiã poſitionem q̃ fuit ochã. ſciendum ꝙ contigens ad utrumlibet ſcđm ipſum aliquãdo accipitur ĩ ſenſu compoſito, & aliquãdo in ſenſu diuiſo, In ſenſu compoſito nihil aliud dicit, q̃ contingenter ĩeſſe. & idem prorſus iudicium habendum eſt, qđ habetur ex propoſitionibus de ĩeſſe, quãtum ad eas q̃ conuertuntur

ſimpliciter quãtum ãt ad eas q̃ conuertuntur p accidẽs, non alio modo i ſenſu diuiſo quõ ueræ contigentes ad utrumlibet ſtant, reſpiciunt. n. ut ſic tps futuꝝ, & hoc modo dicit ochã propoſitiones de contigenti conuerti i propoſitões de ieſſe & nõ i unã totaliter de contingenti, ut ſi dicamus contigit deum creare, ergo quod contingit eſſe creãs eſt deus, & quaſi eodem modo dicere uidetur Marſilius ĩ affirmatiuis. In negatiuis uero ochã nihil exemplificat in capitulo illo, quãtum ad acceptionem taliũ propoſitionum in ſenſu diuiſo, tamen uidetur generaliter ĩtellexiſſe & quãtum qdem ad id, qđ dicit de conuerſione propoſitionum de contingenti in ſenſu compoſito uerum dicit, præter in hoc ꝙ negat uniuerſalem affirmatiuam taliter acceptã nõ poſſe pticulariter conuerti, hoc enim alibi reprobauimus, quia ea quam ipſe exiſtimat accepiſſe uniuerſalem, non eſt uniuerſalis, & ideo non dat inſtãtiam, quæ aliquid ad oppoſitum faciat. Quod uero dicit de contingenti ad utrumlibet in ſenſu diuiſo nihil etiã poteſt ualere ad propoſitum, nam uolo, ꝙ ſemper li contingit determinet compoſitionem. ſicut quum dico, contingit deum creare, non enim intelligo ꝙ id, quod contingit eẽ deus creat, ut in conuerſione talis conditio ponatur ex parte creantis. Sed ꝙ deus poteſt creare uel non creare. Sed quia forte ipſe diceret quod eſto quod contingens determinet cõpoſitionem, non tamen poteſt conuerti niſi prædicto modo. Ideo eſt inſtantia contra hunc modum. uerum eſt enim dicere contingit nullum hominem moueri loquendo de contingenti ad utrumlibet non in ſenſu compoſito. eo ꝙ ponamus actu nullum hominem currere contingenter, ſed quod aliquis homo currat, aliquis non currat, & tunc patet ꝙ non poteſt conuerti in unam de ineſſe, quia non ſequitur, contingit nullum hominem moueri, ergo nihil quod contingit moueri eſt homo, nam ſua contradictoria eſt uera, aliquid ꝙ contingit moueri eſt homo, ſicut harum conſtat. Contra talem modum reſpõdendi, plurima etiam dicta ſunt in quæſtione facta de conuer-

ſione uniuerſalis negatiuæ de neceſſario. & ideo ad præſens ſufficiat. pro quarta uero poſitione quæ eſt antiquorū Alexandri & Ioannis grammatici, & ut exiſtimo omnium peripateticorum eſt, quia cum ueritate uniuerſalis negatiuæ de contingenti ſtat ueritas uniuerſalis affirmatiuæ, quæ conuertitur ſecundum Ariſtotelem in particularem affirmatiuam, & ꝑticularis affirmatiua in particularem negatiuam, ubi ſemper ſaluatur uirtus conuerſionis, hanc poſitionem puto eſſe ueram, cuius ueritas clarius patebit cæteris reprobatis. & ideo ponatur quinta poſitio, q̄ eſt Rodulfi britonis qui dicit, ꝙ uerum eſt, ꝙ ſequitur. contingit nullum. b. eſſe. a. ergo contingit aliquod. a. non eſſe. b. ſed non per uim conuerſionis, ſed per uim conſequentiæ a primo ad ultimum, ſed iſte homo decipitur, quia propoſitio uniuerſalis negatiua poteſt dici in mente conuerti in particularem negatiuam, ſicut propoſitio uniuerſalis affirmatiua in particularem affirmatiuam, ſicut enim dicimus, contigit omne. a. eſſe. b. ergo contingit, aliquod. b. eſſe. a. ſic per uim conuerſionis dicere poſſumus, contingit nullum. a. eſſe. b. ergo contingit aliquod b. non eſſe. a. & talis proceſſus per media non impedit propoſitionem conuerti, nam ad hanc contingit, omne. a. eſſe. b. ſequitur hæc, contingit aliquod. a. eſſe. b. & hæc conuertitur in hanc contingit aliquod. b. eſſe. a. ad quam etiam hæc dicitur conuerti. contingit omne. a. eſſe. b. eodem modo de uniuerſali negatiua, contingit nullum. a. eſſe. b. ergo contingit aliquod. a. non eſſe. b. & hæc conuertitur. Contingit aliquod. b, non. eſſe. a. Cur igitur uniuerſalis negatiua ad hanc non dicetur conuerti, uniuerſalis uero affirmatiua ad particularé affirmatiuam ſic. quum eadem prorſus ſit ratio de utraque. omiſſa igitur hac poſitione uenio ad ſextam poſitionem quæ eſt Geraldi, pro qua fieri poſſunt argumenta plura, primum quidem, quia contingit ad utrumlibet nullum hominem eſſe grammaticum, & tamen in uniuerſalem negatiuam non conuertitur, quia neceſſe eſt omne grammaticum eſſe hominē. & ideo non poteſt dici cōuerti

in han c poſſibile eſt nullũ grãmaticum eſſe hominẽ, eſſent eni & contraria ſimul uera. ad hác. n. neceſſe eſt omne grammaticũ eſſe hominẽ ſequitur, poſſibile eſt omne grãmaticũ eẽ hominẽ, & ſic ĩpoſſibile eſt ꝙ conuertatur in illã poſſibile eſt nullum grã maticum eſſe hoĩem. nam tunc ſequeretur ꝙ poſſibile, quod ſequitur ad neceſſariũ, eſſet contingens ad utrũlibet, quod eſt falſum, nó poteſt etiã conuerti in hác, contingit aliquod grãmaticum nó eſſe hominẽ, quia duo contradictoria eſſent ſimul uera, ut patet, ſecũdo arguitur ſic, hæc propoſitio cótigit ad utrũlibet nullũ quale eſſe album, nó pót conuerti in hác poſſibile ẽ nullũ albũ eſſe q̃le antecedẽs eni eſt uer̃ conſequẽs uero falſũ, Et pro hac poſitione ſunt oĩa argumẽta, quæ ſunt de contingẽti nato, & etiã à ſupiori ad ſuũ inferius tã in terminis ſubſtãtialibus quã in terminis accidẽtalibus. ſed iſtis nó obſtantibus dicendũ eſt uniuerſalẽ negatiuã cónuerti ĩ pticularẽ negatiuã, ſicut dictũ eſt ſecundũ quartã poſitionẽ, neq; iſtantiæ adductæ cogunt dicere oppoſitũ. ad primã. n. conceditur contĩgere ad utrũlibet, nullũ hoĩem eſſe grãmaticũ, & contĩgere ad utrũlibet nullũ grã maticum eſſe hoĩem, non q̃dem ꝙ ſicut hói poſito in actu exiſtentiæ hoc q̄d eſt eſſe actu grãmaticum ſibi contingat, ita grammatico poſito in actu exiſtentiæ contingat ad utrumlibet eſſe hominem, ſed quia ad utrũlibet contingit grãmaticum eſſe, & p contingentiã eius ad eſſe eſt contingẽtia eius ad eẽ hoĩem, nó enim propoſitio eſt ex terminis neceſſariis dicendo grãmaticũ eſt hó, ut concedamus ipſam eſſe neceſſariã abſolute, ſed eſt ex altero termino contingenter exiſtẽte. Et non neceſſe eſt dicere ꝙ eo modo contingẽtiæ ad utrũlibet ſit una, ſicut ẽ alia quẽadmodum nec in propoſitionibus de contingẽti pro non nẽceſſario, ſicut dicendo contingẽter nullus homo eſt albus, ergo cótingenter nullum album eſt homo, hoc eſt, ſicut antecedẽs nó eſt neceſſarium. ita nec conſequens. tamen antecedens in conuerſa pro quolibet ſuppoſito ſubiecti contingenter ſe habet ad prædicatum, in conuertente uero non; immo neceſſario aliquod album non eſt homo, utputa cygnus uel aliud, aliquid

tale, Sicut etiam in propoſitionibus de poſſibili cõmuni ꝙ nõ
magis dicit eſſe actu quã poſſe eſſe, neq; magis eſſe contingens,
quã eſſe neceſſariũ. poſſibile eſt enim nullum hominem eſſe al-
bum ergo poſſibile eſt nullum albũ eſſe hominem. nam in pri-
ma li poſſibile ſtat pro non neceſſario reſpectu cuiuſcunq; ſup-
poſiti ſubiecti, in ſecũda uero pro non neceſſario reſpectu to-
tius propoſitionis uniuerſalis, ſed nõ pro quolibet ſuppoſito
eius. nam reſpectu alicuius eſt particularis negatiua neceſſaria.
Et propterea Ariſtoteles propoſitionẽ de ineſſe, & propoſitio
nes de neceſſario, & propoſitiões de contingẽti. ſecundũ ꝙ ab
illis de neceſſario. uel de ineſſe diſtinguitur, diuidit in uniuerſa
lem & particularẽ, & indefinitã. Intelligẽdo per uniuerſales eas,
quæ habent prædicatũ terminũ, tali mõ inhærentẽ ſuppoſitis
ipſius ſubiecti, quõ ineſt ipſi ſubiecto, ut ſi dicimus, neceſſario
nullus homo eſt lapis, accepto quocunq; ſnppoſito homĩs ab
eo rẽouebitur prædicatũ de neceſſitate, ſicut à toto ipſo ſubie
cto. Et eodem modo dicendum eſt de propoſitionibus de in
eſſe, & de propoſitiõibus de contigentia ad utrũlibet. Illæ uero
q̃ ſunt de contigenter ineſſe, uel de poſſibili. non dicuntur ha-
bere modũ ſpecialẽ propoſitionis. Sed ſolũ dicũtur eſſe nõ ne
ceſſariæ, & hoc ſufficit ad conuerſionẽ eaꝝ. Sed in propoſitõi-
bus de contigenti ad utrumlibet ſufficit ꝙ ipſum prædicatum
remoueatur a quolibet ſuppoſito ſubiecti ſcđm contigentiam
eoꝝ ad eſſe ſi propoſitio fuerit negatiua & per hãc dicere cõ-
tingentiã prædicati ad ſubiectũ, qa inhærentia prædicati ad ſub
iectum remouetur per deſtructionẽ ſubiecti. ideo talis inhæren
tia dicitur eſſe contingẽs ĩ ordine ad ipſam, neceſſaria uero po
ſito ipſo ſubiecto, & hoc non eſt ĩconueniens. Sed quia multi
tenent propoſitionẽ eſſe abſolute neceſſariã, quæ habet prædi-
catum in eſſentia ſubiecti, ideo hoc loco fortiores rõnes, quas ĩ
hac materia faciunt, adducã rationes in quam, quæ ſpectãt logi
co ne tranſcendamus de genere ad genus. Prima aũt ratio eſt
hæc, quia hæc conſequentia eſt bona grãmaticũ de neceſſitate

eſt grammaticum.ergo grámaticũ de neſſitaté eſt hó, qa ex op-
poſito conſequẽtis ſeqtur oppoſitũ antecedentis. Itẽ arguitur
ſic oẽ aĩal rationale.mortale, de neceſſitate eſt hó, oẽ grámaticũ
eſt animal róale mortale. ergo oẽ grammaticum de neceſſitate
eſt hó. Item oĩs conditionalis uera & neceſſaria poteſt tranſmu
tari in categoricá neceſſariá, hæc autem eſt conditionalis neceſ-
ſaria, ſi grámaticum eſt grámaticum eſt homo, ergo poteſt tranſ-
mutari in uná neceſſariam, & non in aliam, quá in hanc gramma
ticum eſt homo. item ſic poſſibile eſt aliquod grámaticum non
eſſe hominem, & omne grámaticum eſt homo. ergo al'quis ho
mo non eſt homo. Et ſimiliter aliquod grámaticum non é ho-
mo ex quo poteſt poni ineſſe illa de poſſibili, & tunc arguitur
ſic, aliquod grámaticum nó eſt hó, oẽ grámaticum eſt homo er
go aliquod grámaticum non eſt grámaticum per ſyllogiſmũ ex
contrapoſitis, ꝑpea contra fundamentũ oppoſitæ opiniõis ar-
guitur ſic, qa ſi propoſitio dicitur eſſe neceſſaria ex ſuppoſitio
ne, qa prædicatum non ineſt ſubo niſi ſuppoſito ſubiecto eſſe.
tunc ſeqtur de neceſſitate, ꝙ nulla propoſitio eſſet abſolute ne
ceſſaria, qa nulla habet prædicatum inhærens ſubiecto, niſi ſub
iectum exiſtat. i contrarium eſt Auerrois, & Ariſtoteles, qui uo
lunt ꝙ propoſitio neceſſaria non ſolum attendatur per habitu
dinem neceſſariam inter ſubiectum & prædicatum, ſed etiam
per terminos neceſſarios. Dicendum ꝙ propoſitio, quæ non
habet ſubiectum neceſſarium nó eſt neceſſaria eſto. ꝙ habitudi
nem ad prædicatum dicat neceſſariam, ſi exiſteret ſubiectum.
Et hoc quidem ſatis concluſum eſt in conuerſione uniuerſalis
negatiuæ de neceſſario. in præſentia uero etiá addimus ꝙ in oi
propoſitione in qua eſt habitudo neceſſaria prædicati ad ſubie
ctum, ſi ſubiectum habeat eſſentiam, ſicut ſunt ea, quæ ſunt de
prædicamento ſubſtantiæ, tunc quidem forte poſſet concedi.
quod propoſitio eſſet in terminis neceſſariis, propterea ꝙ tam
ſubiecto, quá prædicato correſpondent, eſſentia & idea in mẽ-
te diuina, uel ſi prædicatum etiam eſſet propria paſſio, & non

ſubſtātia etiam propoſitio diceretur eſſe neceſſaria, & in termi-
nis neceſſariis exemplum primi, homo eſt animal. exemplum
ſecundi, homo eſt riſibilis. Et forte etiam ita eſt in terminis acci
dentalibus in abſtracto, ut albedo eſt color, binarius eſt nume-
rus, & cætera talia. & contra talem modum intelligendi non ua
let ratio, quā adduximus in eo loco de cōuerſione, quamuiſ de
modo, qui nūc dictus eſt, poſſit eſſe dubitatio, de qua alias ma-
gis ad propoſitum dicetur. Dicamus autem nunc quod gram
matico, uel cuicunq; concreto accidentali non proprio alicu-
ius ſubſtantiæ, quamuis dentur prædicata eſſentialia, quādo exi-
ſtunt, quia tamen contigenter ſunt, & non ſignificant aliquam
eſſentiam, nec habent eſſe eſſentiæ, ideo propoſitio formata de
ipſis dicitur eſſe nō abſolute neceſſaria, prædicari āt poſſunt de
ſe ipſis, ſed propoſitio dicitur uera non ad eum intellectum in
quo quando exiſtit aliquid quod actu uere denomiāle ſit per
ipſa, ſicut hæc propoſitio eſt uera grammaticum eſt grammati-
cum quum aliquis actu habet grammaticam. Si uero nullā ha-
beat grammaticam, prædicta propoſitio eſt quidem uera, ſed
non in eo ſignificato in quo exiſtente grammatico, nam quum
uoci ſignificatiuæ, ſubiecta res non fuerit uox, deſinit eſſe ſi-
gnificatiua, maxime ſi talis uox non ſignificet rem, quæ habeat
eſſentiā, & ideam ſicut eſt de concretis accidētalibus. alio itaq;
mō ē uera prædicta propoſitio, grāmaticū eſt grāmaticū aliquo
exiſtente grāmatico, & alio nullo exiſtēte grāmatico. his ſic ſtāti-
bus reſpondendum eſt ad argumenta. ad primum dicendum,
quod aliquo exiſtente grammatico, conſequentia ualet, & ue-
re oppoſitum conſequētis repugnat antecedenti, ubi uero nul
lus ſit grāmaticus, cōſequentia non ualet, nec ex oppoſito con
ſequētis infertur oppoſitū antecedētis grāmaticū eſt grāmaticū
& tamen grāmaticū non eſt homo in eo caſu, ſed antecedēs eſt
uerum, ſicut priuatio eſt priuatio. cæcitas eſt cæcitas, nō ens eſt
nō ens, & cætera talia, Ad aliud uero dicitur, ꝙ difficultas eſt, an
maiori exiſtēte de neceſſario, & miori de ineē ſeq̄tur cōuerſio de
neceſſario, Sed hoc ſuppoſito dicitur pro nunc ꝙ conuerſio

ſeqtur de neceſſario ex ſuppóne & in tpe in quo minor eſt uera non át abſolute, unde talis conuerſio in tali miſtura habet duo, conceſſis præmiſſis ueritatem & neceſſitaté, ueritaté qdé habet a minori, neceſſitaté uero a maiori, ſiue accipiatur i pría figura, ſiue in ſecunda negatiua exiſtéte neceſſaria, ubi uero affirmatiua ſit neceſſaria, negatiua uero de ieſſe non ſequitur conuerſio de neceſſario per uirtutem maioris, ſed minoris ſecúdum quá etiá habet ueritaté, ſicut dicédo, omne currés neceſſario mouetur, nullus homo mouetur, ergo nullus homo neceſſario eſt currés, ubi non ex ſuppóne maioris ſed minoris cóuerſio ſeqtur de neceſſitate, dico auté p neceſſitaté cóſequentiæ cú mó neceſſario, non át ex neceſſitate conſequétis, ná quis i oí ſyllogiſmo cóuerſo ſeqtur neceſſario, non tamé ſeqtur neceſſario cú mó neceſſitatis ſed aliquádo abſolute i termis, ſicut quádo tá maior q̃ minor ſunt de ieſſe, aliquádo cú modo contigentiæ ſicut cú maior eſt de contingenti in pría figura & minor de ineſſe conuerſio ſequtur neceſſario de contingenti, aliquando aút ſequitur conuerſio neceſſario cú modo neceſſitatis, ſicut quádo in prima figura maior eſt de neceſſario & minor de ineſſe. & talis modus additus non ſignificat neceſſitatem conſequentis, ſed neceſſitatem conſequentiæ, unde non licet inferre, quod propoſitio illata ſine ordine ad illationem ſit neceſſaria abſolute, ná de hoc non eſt opus tractare in libro priorum, ſed i libro poſteriorum exigit enim talis neceſſitas non ſolum neceſſitatem in altera præmiſſarum, ſed in utraq;, & etiam in ambabus uniuerſalitatem requirit ſicut patebit in libro poſteriorum, amplius tamen dicetur de quinto in prioribus ſi deus uoluerit, quamuis aliquid dixerimus i noſtris epiphyllidis. Ad aliqđ dicitur, ꝙ códitóalis neceſſaria tráſferri poteſt í categoricá neceſſariá ex ſuppoſitióe, nó át i ſimpliciter neceſſariá. Ad aliud dicitur aliqđ grámaticú non é hó ſi nullú grámaticú ſit, unde propó pticularis nó uerificatur i tali materia niſi róne uniuerſalis, & ideo quú dicitur poſſibile é aliqđ grámaticú non eé hoiem, oé grámaticum é homo, dicitur

ꝙ hæc uera eſt modo aliquod ſit grãmaticũ uel unũ, uel plura, & reſpectu cuiuſcũque uerificatur propõ. ſi uero nullũ ſit grãmaticũ propõ eſt falſa. ponamus aũt aliquod grãmaticũ eẽ. poſſibile eſt aliquod grãmaticũ nõ eẽ hoiem, cõceditur. oẽ grãmaticũ eſt homo, ẽt cõceditur. ergo poſſibile eſt aliquẽ hoiem nõ eſſe hoiem, cõceditur cõſequẽtia & cõſequẽs, unde licet ſemꝑ hõ prædicetur de ſeipſo, tamẽ nõ in oĩ ſenſu de ſeipſo uerificatur, nã hæc poſſibile ẽ aliquẽ hoiem nõ eſſe hoiem, ponitur ĩ eſſe aliqs hõ nõ ẽ hõ, qa aliqs q ſecũdũ nomẽ dicitur hõ nõ dicitur rõne hoĩs hõ. Et ſi dicatur ꝙ corruptio ſubſtãtialis ſimul cũ facit ꝑdere definitiõem, facit ẽt ꝑdere nomẽ dicẽdũ, ꝙ uerũ ẽ, qa nomẽ abſolute nõ dicitur de eo ꝙ non ẽ, ſicut de eo qđ eſt. ſed cũ aliqua additiõe, utputa hõ mortuus hõ corruptus, uel forte, ẽt nõ dicitur eſſe idẽ nomẽ, q̃uis uideatur eſſe eadẽ uox, propterea ꝙ nihil ſignificat, ſed ſeipſam tãtũ, unde nõ eſt nomẽ, ad aliud ſed eſt res aliqua, utputa uox, quum. n. dico aliquis hõ nõ eſt homo pro ſubiecto li homo nõ ſignificat aliquis habẽs naturã humanã quum prædicta propoſitio ponitnr in actu ab hac poſſibile eſt aliquẽ hoiem nõ eſſe hoiem, ſed ſtat pro eo de quo dicebatur aliquãdo quod erat homo, & propterea quum propoſitio poſſibilis reducitur ad actũ nõ oportet, ꝙ ſubiectũ dicat exiſtẽtiam & ſupponat pro eo qui eſt, eſto quod propoſitio ſit de uerbo de præſenti, & maxime quãdo ẽ negatiua, uel uniuerſalis uel particularis. Et per hæc patet reſpõſio ad aliud. hæc eni duo nõ poſſũt ſimul ſtare, quod aliquod grãmaticum nõ ſit homo & oẽ grammaticum eſt homo. Et ideo licet aliquo grãmatico exiſtẽte uerum dicamus, quod oẽ grammaticum ſit homo, & poſito quod aliquod grammaticũ poſſit eſſe homo, tamẽ nõ poteſt hoc poni ĩ eſſe, propterea quod uniuerſalis deſinit eẽ uera, & propterea dixit Alexãder, ꝙ ex una de ĩ eẽ cum una de cõtingẽti ubi illa de ĩ eſſe ſit temporaliter uera nihil ſeqtur, dicitur autem temporaliter uera ſecũdum alterum, propterea, ꝙ ſi illa de cõtingẽti ponatur ĩ eſſe deſinit eſſe uera. Ad ultimum uero

quãdo dicitur, qđ oĩs propõ neceſſaria eẽt neceſſaria ex ſuppõ/ne, propterea ꝙ nõ eſſet neceſſaria niſi ſubm eſſet. Reſpõdetur negãdo cõſequẽtiã, propterea ꝙ aliquæ ſũt in terminis neceſſariis & habẽt habitudinẽ neceſſariam adinuicẽ. In quibus aũt eſt ſola habitudo, neceſſariæ dicũtur ex ſuppoſitione. & nõ abſolute neceſſariæ, quod ẽt patet ex his quæ nũc dicẽtur, nã ſi hæc eſſet uera abſolute de neceſſitate. oẽ grãmaticũ ẽ hõ, tũc in tertia figura ſequeretur, ꝙ aliqs hõ de neceſſitate eſſet grammaticus, Sic oẽ grãmaticũ de neceſſitate eſt hõ, oẽ grammaticũ de neceſſitate ẽ grãmaticum, cõuerſio aliqs hõ de neceſſitate eſt grãmaticus. Item arguitur ſic, cõtingit ad utrumlibet, nullũ hoiem eſſe grãmaticũ, omne grãmaticũ de neceſſitate eſt hõ, ergo cõtingit ad utrũlibet, nullũ grãmaticũ eẽ grãmaticũ. Itẽ ſic oẽ grãmaticum de neceſſitate ẽ hõ, aliquẽ hoiem cõtingit eſſe grãmaticũ, ergo aliquem hoiem cõtingit eẽ hoiem. Itẽ illa propoſitio nõ ẽ neceſſaria, cuius prædicatũ poteſt relinqre ſubm, ſed huius propõnis grãmaticũ ẽ homo prædicatũ poteſt relinqre ſubm, qa homo poteſt eẽ nullo exiſtẽte grãmatico. Confirmatur qa illud ꝙ ẽ homo. & non ſemp ẽ homo exiſtẽte hoie, non neceſſario eſt homo grãmaticũ ẽ hmõi cõuerſio ꝯſequẽtia ẽ non ꝑ id qđ dicit Ariſtoteles capitulo de contigẽti ubi dicit ꝙ hæc non ẽ neceſſaria, homo caneſcit, qa ſemp ẽ homo & non ſemp caneſcit. Itẽ ſi neceſſario aliqđ grãmaticũ ẽ homo ſeqtur ꝙ aliq̃ grãmatica neceſſario ſit i hoie, conſequẽs ẽ falſũ, & cõſequẽtia tenet a concretis ad abſtracta ultio ſicut contigit ad utrũlibet aliquẽ hoiem eẽ grãmaticũ, ergo ad utrũlibet, contigit aliqđ grãmaticũ eẽ hoiem. his oĩbus argumẽtis nõ obſtãtibus tenet Rodulphus brito prædictã propoſitionẽ eẽ abſolute neceſſariã ꝑꝑ rationẽ quã ſupius adduximus & ſoluimus, uideamus ãt nũc quo pacto ipſe has rõnes diſſoluat & replicabimus contra reſponſionẽ eius. Ad primã itaq; ipſe reſpondet ꝙ conuerſio qdẽ i ſe ẽ falſa, qa contigit ad utrũlibet oẽm hoiem eſſe grãmaticũ, ſed ut hẽt iferri ex præmiſſis eſt uera & neceſſaria. Hæc reſponſio deſtruit ſeipſam, qa

ĩpoſſibile eſt conuerſionẽ deductã ex præmiſſis ueris ſyllogiſti-
ce eſſe falſã abſolute, non certificaremur. n. de q̃ſito ignoto per
ſyllogiſmũ ſi poſſet aliter ſe hẽre propõ i ſe q̃ ex deductiõe eiuſ
dem, ꝑ ſyllogiſmũ præcipue categoricũ. Ad aliud idẽ reſpon-
det ꝙ una præmiſſaꝝ nõ ẽ alteri cõpoſſibilis, & ideo nõ ẽ miꝝ
ſi ex ipſis ſeqtur ĩpoſſibile contra hæc copulatiua ẽ poſſibilis, cõ-
tingit nullũ hoĩem eẽ grãmaticũ, & oẽ grãmaticum eſt homo,
qa eſto ꝙ nihil ſit grãmaticum ad huc, ſcd̃m ipſum propõ ẽ ue-
ra. ſi igitur hæ duæ ſtãt ſimul, nullus homo eſt grãmaticus, & om
nem grãmaticum eſt homo, a fortiori ſtabunt ſimul, contingit
nullum hoĩem eſſe grãmaticum, & omne grãmaticum eſt ho-
mo, præterea nullæ ſecundæ propoſitiones participantes eo-
dem termino medio quæ ſingulariter & ſolitarie ſint ueræ poſ-
ſunt inuicem eſſe incompoſſibiles, ſicut ipſe fingit, ſi ſolum in
uno termino ꝑticipent, & ſi ſolitarie acceptæ pro eodem tem-
pore ſint ueræ, & per hæc patet confutatio rationis. ad aliud ſe-
quens argumentum ad quod cõſimiliter reſpondet. Ad aliud
dicitur, quod eſt falſum, quod illa propoſitio non ſit neceſſaria
cuius prædicatum poteſt relinquere ſubiectum, nã animal po-
teſt relinquere hominem, & tamen hæc propoſitio eſt neceſſa-
ria. homo eſt aĩal, ſed illa non dicitur neceſſaria ĩ qua ſubiectum
poteſt relinquere prædicatum, quod non contingit in hac grã
maticum eſt homo. Contra hãc reſponſionẽ eſt, qa falſum prio
eſt, ꝙ aĩal poſſit derelinquere hoĩem, propterea quod poſſit eſſe
in alio quã in hoĩe. nã cum hoc ſtat, ꝙ neceſſario ſit in hoĩe ſcd̃o
quia non ſolum ꝑ neceſſariã habitudinem ſubiecti ad prædica-
tum eſt iudicãda propõ abſolute neceſſaria, ſed ex hĩtudĩe præ
dicati etiã ad ſub̃m, ex quo propõnis oĩs affirmatiua abſolute ne
ceſſaria in terminis conuertitur ad aliquã abſolute etiã neceſſari
am. ad confirmationem uero dicit, ꝙ grãmaticum ſemꝑ eſt hõ
quãuis grãmaticũ non ſemꝑ ſit, nã propõ dicitur neceſſaria non
per exiſtentiã terminoꝝ, ſed per habitudinem neceſſariam eo
rundem adiuicem. ſed contra hanc rationem ſunt ea quæ ad-

ducta ſūt in quæſtiōe cōuerſiōis uniuerſalis negatiuæ de ieſſe. & etiā qđ pticularis de neceſſario nō cōuerteretur pticulariter ad aliqd cōcedit, ꝙ aliqua grāmatica neceſſario eſt in hoīe ſecūdū attributiōem ad hāc, oē grammaticū eſt homo, abſolute aūt eſt falſa. Sed hæc reſpōſio ſatis refellitur ex his quæ dicta ſūt aduerſus primas ratiōes. Ad ultimū dicitur, ꝙ licet hæc dicatur eē abſolute cōtingēs. Cōtingit ad utrūlibet aliquem hoīem eſſe grāmaticum, nō tamē cōuertitur in abſolute cōtingēs. ſed in neceſſariū. Sed hoc eſt manifeſte contra Ariſtotelem ut ex ſequenti quæſtione clarius patebit, quia &c.

Quæſtio ſexta, de cōuerſiōe particularis de cōtingēti addēs aliquid ad priorē quæ mota eſt ſuper hoc.

E particulari affirmatiua de cōtingēti difficultas ē uidere quo modo conuertatur, aliquando enim uidetur nō cōuerti, aliquādo in neceſſariā, aliquādo in cōtingētem ad utrūlibet. Et de hac materia quaſi tot ſunt opiniones quot de cōuerſione uniuerſalis negatiuæ, aliqui eni ut Albertus tenet eam cōuerti in unam de poſſibili, ocham uero in unam de ineſſe. Brito āt in quæſtione propria quā facit de hac materia, tenet ꝙ cōuertatur in unam de contingēti ad utrūlibet, ſicut tenet Ariſtotéles & alii. In præcedenti aūt quæſtione tenuit eā poſſe conuerti in unā de neceſſario. ſed quotcūq; ſint propoſitiōes, nō uidetur, ꝙ pticularis de cōtingēti ad utrumlibet cōuertatur in particulares de eodē cōtingēti, quia nō ſequitur cōtigit ad utrumlibet, aliquē hoīem eſſe grammaticū, ergo cōtingit ad utrūlibet aliquod grāmaticū eſſe hoīem, cōtingit aliquē uidentē eſſe cæcum. & tamē nō contingit aliquod cæcū eſſe uidēs, uel cōtingit uidētem fieri cæcū. & tamē nō cōtingit cæcū fieri uidētem. Itē arguitur ſic cōtra deductionem Ariſtotelis, quia nō ſequitur cōtingit aliquod. b. eē a. ergo cōtingit aliquod. a. eſſe. b. nā oppoſitum cōſequētis ſtat cū antecedēte, nō contingit aliquod. a. eſſe. b. quia hoc diſiūctiue ſignificat neceſſario. oē. a. eſt. b. uel neceſſario. nullum. a. eſt

b.imo huius diſiunctiuæ alt era ps eſt uera.ſ.neceſſario oē.a.ē.b. & hæc non repugnat illi ꝙ contingēter aliquod.b. eſt.a.hæc. n. neceſſario, oē.a.eſt.b, conuertitur neceſſario, aliqđ.b.ē.a. & hæc non cōtradicit illi contingenter aliquod.b.eſt,a. Et cōfirmatur quia dicendo cōtingit aliquod.b.eſſe.a. ergo cōtingit aliquod a.eſſe.b.oppoſitum conſequentis non infert oppoſitū antecedentis.nam hæc nō pōt conuerti, nō cōtingit aliquod.a.eſſe.b ad inferendum oppoſitum antecedentis.non cōtingit aliqđ b.eſſe.a.nā tunc ſequeretur ꝙ uniuerſalis affirmatiua de neceſſario cōuerteretur, patet enim hæc diſiunctiua eſſe uera neceſſario omne.a.eſt.b, uel neceſſario nullū.a.eſt.b.quæ ſignificat per hanc non contingit aliqđ.a.eſſe.b.ratione uniuerſalis affirmatiuæ hæc aūt diſiunctiua falſa neceſſario oē.b.eſt,a.uel neceſſario nullum.b.eſt.a.ratione utriuſq; partis. & tamen neceſſe eſſet dicere ipſam eſſe ueram, ꝑpea ꝙ aliter non daretur repugnans antecedenti quod erat, contingit aliquod.b.eſſe.a.cuius cōtradictorium non cōtingit aliquod.b.eſſe.a.quod diſiunctiuæ ſignificat, illa duo, quæ diximus eſſe ſimul falſa. In hac materia ut dixi ſunt uarii modi reſpondendi.unus eſt Alberti, qui uult particularem affirmatiuā de contingenti ad utrumlibet conuerti in unam de poſſibili. Sed contra hoc dicantur ea, quæ dicta ſunt ī præcedenti quæſtione contra conſimilem modum reſpondēdi ſpecialius etiam reſpondet idem Albertus ad rationes motaſ contra deductionem Ariſtotelis, quod ſi particulari affirmatiue de contingenti detur contradictoria uniuerſalis affirmatiua de neceſſario, quæ conuerti poteſt in particulares tūc talis particularis de neceſſario repugnat particulari de contingenti ī eo ꝙ hæc eſt neceſſaria, & illa ē cōtingens.nam in tali materia tantū ualebat uniuerſalis.quantum particularis, non autē in eo ꝙ ambæ ſint particulares, Contra hanc rationem inſtabatur, quia aliqua ꝑticularis ē neceſſaria cuius tamē uniuerſalis non eſt neceſſaria, ut neceſſario aliqđ aīal eſt hō, & tū non neceſſario oē aīal ē hō. Aliter aūt reſpondent alii ꝙ ꝑticularis de contingēti, & par-

ticularis de neceſſario repugnāt gratia materiæ, & nō gratia formæ, dicunt āt gratia materiæ, & non formæ, qa non inquātum ambæ ſunt particulares affirmatiuæ, ſed inquantū una eſt de neceſſario, altera eſt de contingenti. Et forte hanc rationé intellexit Albertus ex ſuo modo loquendi, qa ipoſſibile eſt dare i aliqua materia duas propoſitiones particulares affirmatiuas, quarum altera ſit de neceſſario, & altera ſit de contingenti ad utrūlibet, & ſint ambæ ueræ. Si uero cōtradictotium æqualeat uniuerſali negatiuæ de neceſſario, manifeſta apparet deducēdo ad ipoſſibile, in probādo, ꝙ particularis de contingenti conuertitur. Et proptet hoc euitari pōt argumentum ꝙ facit Rodulfus brito de uniuerſali negatiua de contingēti, ꝙ & ipſa poſſet in ſe ipſam uniuerſalitet cōuerti. nā pōt reperiri uniuerſalis negatiua de contigēti uera, cum q̄ particularis negatiua de neceſſario. ſecundum conuerſioné tetminoꝝ uerificari pōt, quæ quia non conuertitur in patticulares. nihil ſeqtur repugnās ad oppoſitū. Et ut intelligatur id, qđ dicitur ſumo hos termios contingit nullum. b. eſſe. a. dico hāc non conuerti poſſe, ut dicamus cōtingit nullū. a. eē. b. nā huius oppoſitum ſtat cum antecedēte, non cōtingit nullum. a. eſſe. b. & ueꝝ eſt ratione huius, neceſſario aliqđ a. non eſt. b. q̄ nō conuerti pōt neceſſario aliqđ. b. non eſt. a. ut iſetamus oppoſitum antecedēti, qđ erat, contingit nullum. b. eē a. Dabatur. n. inſtātia ibi pet pticularé negatiuā de neceſſario, & non per particularé affirmatiuā, & ppea non pōt dici conuerti. Quod uero dicit idé Rodulfus contra taléʀatioñé, ꝙ particularis negatiua de neceſſario cōuerteretur ſimpliciter, ut neceſſario aliquod. b. non eſt. a. ergo neceſſario aliquod. a. non eſt. b. quod ipſe ſic probat, quia oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti, quia hæc non neceſſario aliquod. a. non eſt. b. æqualet his duabus de contingenti, ad utrumlibet contingit, omne. a. eſſe. b. & contingit nullum. a. eſſe. b. modo licet, nulla iſtatum conuertatur ſimpliciter, ſicut patet ex præcedenti quæſtione utraq;, tamen earum conuertitur pet accidens, ut con-

tingit nullum.a.eſſe.b.ergo contingit aliquod.b. non eſſe.a. & cótingit omne.a.eſſe.b.ergo cótingit aliquod.b.eſſe.a.ad propoſitum igitur, ſicut in prima reſpóſione dicebatur, quod particularis de neceſſario repugnat particulari de contingenti i eo quod hæc eſt neceſſaria illa contingens, ſimiliter in particulari negatiua de neceſſario ego dicam q̃ pticularis negatiua de cótingenti particulari negatiuæ de neceſſario repugnat. Et ſic ſecũdum id quod dictum eſt dicetur neceſſario particularem negatiuam de neceſſario ad ſe ipſam poſſe conuerti propterea arguitur ſic contra prædictam reſponſionem, quia hæc reſpóſio habet dicere q̃ uniuerſalis negatiua de contingenti ad utrumlibet conuerteretur ſic, contingit nullum.b.eſſe.a, ergo cótingit nullum.a.eẽ.b.nam oppoſitum conſequentis repugnat antecedenti.non contingit nullum.a.eſſe.b.nam hæc æquiualet his duabus, neceſſario.aliquod.a.eſt.b.& neceſſario aliquod.a.nó eſt.b, Sed ex hac neceſſario aliquod.a.eſt.b.infertur neceſſario, aliquod.b.eſt.a.quæ repugnat huic contingit nullum.b. eſſe.a. ex negatiua etiam particulari de neceſſario ſequitur ſua conuerſa, ut iam probatum eſt, ergo contra prædictam reſponſionem. Ad hæc quãuis difficilia, & à plurimis concludere conceſſa reſpondendum ad primum quidem dicendum ipſum multipliciter peccare.primo enim negatur, quod oppoſitum cóſequẽtis repugnat antecedenti, & quum dicitur hæc non neceſſario aliquod.a.non eſt.b. æquiualet prædictis duabus de contingẽti ad utrunlibet negatur.quamuis enim ad contingens, ad utrũlibet ſemper opponatur neceſſarium, non tamen ſemper ad neceſſarium opponitur contingens ad utrunlibet, ſicut manifeſtiſſime demonſtrauimus in expoſitione noſtra, ſi autem propoſitioni particulari de neceſſario negatiuæ opponerẽtur prædictæ duæ uniuerſales de contingenti argumẽtũ quidem cóncluderet. Exiſtimo.n.q̃ queadmodũ pticulari affirmatiuæ cótigẽti repugnat particularis affirmatiua de neceſſario ita pticulari

negatiuæ de neceſſario repugnet pticularis negatiua de contin
genti. Et ſicut ipoſſibile eſt reperire affirmatiuã particularem de
neceſſario & de cõtingenti ſimul ueras ĩ eiſdẽ terminis, ita & ne
gatiuas. non. n. eſt maior rõ de his q̃ de illis uel econtra. rõ ãt pp
quã ad pticulares de neceſſario nõ aſſignãtur duæ de contingẽ
ti. ſicut econtra in ſupiori qõne monſtrauimus duas diſiuncti-
uæ acceptas de neceſſario apponi uni de contingẽti, puto eſſe
hãc, qa nulla đ neceſſario hypotetice ſignificat, ſicut illæ de cõ
tingenti. Et propterea non puto ipſas poſſe pro cõtradictoriis
hẽre propõnes de contingenti ad utrũlibet. neq; ſolitariæ poſ-
ſe contradicere alicui de contingenti ad utrũlibet. nam ſi hoc
fieri poſſet neceſſario. & reliquũ conſequeretur. præterea etiã
ſi inſpexerimus cãm pp quã particularis negatiua de neceſſario
non conuertitur, cõperiemus ꝙ eſt, quia antecedenti exiſtente
uero conſequens eſt ipoſſibile, ut neceſſario aliqđ aĩal non ẽ hõ
neceſſario aliqs hõ non eſt aĩal. antecedẽs eſt neceſſariũ. conſe-
quens uero ĩpoſſibile, qa ſignificat antecedẽs. ꝙ ita aliqđ aĩal nõ
eſt hõ, ꝙ ĩpoſſibile eſt ipſum eſſe homiem. hoc. n. mõ accipitur
ſignificatum neceſſarii in antecedẽte aliqđ. n, aĩal, utputa equus
ſic non eſt hõ ꝙ ipoſſibile eſt ipſum eſſe hoĩem. Et ppea nõ poſ
ſibile eſt. ꝙ eius contradictoria detur per contingẽs, ad utrun-
libet. nã ad ipoſſibile nõ datur cõtradictoriũ per cõtingere. ad
utrũlibet, ad aliud aũt dicendũ ꝙ nõ eſt uerꝝ ꝙ ex prædicta re-
ſponſiõe ſequatur uniuerſalẽ negatiuam de contigenti ad utrũ
libet poſſe uniuerſaliter conuerti, quũ autem dicitur ꝙ oppoſi
tum cõſequentis repugnat antecedẽti hoc negatur. nam uerũ
ſit. contingit nullum. b. eſſe. a. non tamẽ eſt neceſſario uerꝝ con
tingit nullum. a. eſſe. b. poteſt igitur huius cõtradictorium eẽ ue
rum non contingit nullum. a. eſſe. b. ſignificat aũt diſiunctiue,
neceſſario aliqđ. a. ẽ. b, uel neceſſario aliqđ. a. nõ ẽ. b. ſtãte ãt præ
dicto ante cedẽte. ſ. cõtingit nullũ. b. eſſe. a, hæc diſiũtiua ẽ ue-
ra rõne pticularis negatiuæ de neceſſario, q̃ nõ cõuertitur, ut in
feramus ex oppoſito conſequẽtis oppoſitũ antecedẽtis opor

tet igitur, quod quum oppoſitū alicuius conſequentis aſſigna‑
tur p aliquā diſiunctiuā, ꝙ ratione illius ptis iferatur oppoſitum
antecedēti p quā dicitur oppoſitū conſequētis repugnare an‑
tecedēti hoc eſt ſi uniuerſalis negatiua de contingēti conuerti
dicitur, quia oppoſitū conſequētis repugnat antecedēti. oppo
ſitū aūt eius eſt una diſiūctiua dico ꝙ ſecūdum illā partē diſiū‑
ctiuæ inferēdum eſſet oppoſitū antecedētis, per quā aduerſari‑
us dicit ꝙ ipſa uniuerſalis negatiua non conuertitur. Dicit autē
ipſam nō conuerti aſſignādo inſtātiā per pticularē negatiuam de
neceſſario, nō igitur ſecūdum pticularē affirmatiuā inferendū
eſt oppoſitū antecedētis, ſed ex pticulari negatiua, hoc aūt fie‑
ri non pōt quia nō conuertitur, igitur &c. patet igitur p hæc re‑
ſponſio ad ſecūdas inſtātias adductas contra reſpōſionē datam
ad argumēta facta contra deductionē Ariſtotelis in qua reſpon
ſione dicebatur ꝙ ex oppoſito conſequētis inferebatur oppo
ſitū antecedētis, ſiue eni oppoſitū pticularis affirmatiuę de cō
tingēti detur p uniuerſalem affirmatiuā de neceſſario ſiue p uni‑
uerſalem negatiuam ſemp repugnare dicitur antecedenti, & de
uniuerſali negatiua quidē manifeſtū eſt, qa ipſa conuertitur, de
uniuerſali aūt affirmatiua dictū eſt, qa ipſa conuertitur in pticu‑
larē affirmatiuā, de neceſſario quæ repugnat pticulari affirmati‑
uæ de contingēti ad utrūlibet. Sed huius nulla ratio aſſignata à
nobis hactenus eſt, q̃uis id ꝙ dicebatur in ſe ueritatē habeat, ne
aūt huius ignoretur cā dicendū eſt, ꝙ quia pticularis affirmatiua
de contingēti ad utrūlibet conuertitur ad pticularē negatiuā, &
utraque ipſarū conuertitur in terminis ut contingit aliquod. b.
eſſe. a. ergo contingit aliquod. b. non eſſe. a. ergo contingit ali‑
quod. a. non eſſe. b. ad hanc aūt opponitur neceſſario, omne. a.
eſt. b. ergo & conuerſa huius neceſſario aliquod. b. eſt. a. quia au
tem hæ duæ repugnāt contingit aliqđ. b. non eē. a. & neceſſario.
aliqđ. b. eſt. a. ut deduximus, cū prima aūt conuertitur contigit
aliqđ. b. eē. a. ergo qcqd repugnabit uni repugnabit & alteri. ſed
pticularis de neceſſario ut conuertēs alicuius uniuerſalis repu‑

gnat pticulari negatiuæ de cótingēti, ergo repugnabit ēt affirmatiuæ ut cótingit aliquod.b.eſſe.a. contingit aliquod.b.non eſſe .a.& hæc neceſſario, omne.b.eſſe.a, repugnat ſecundæ, & ad hanc ſequitur neceſſario, aliquod.a.eſt.b. quæ etiam conuertitur neceſſario, aliquod.b.eſt.a.& ſic particularis affirmatiua de neceſſario repugnabit particulari affirmatiuæ de cótingēti, nam pticularis affirmatiua de neceſſario cóſequitur per conuerſioné ad uniuerſalem affirmatiuam de neceſſario quæ opponitur pticulari negatiuæ, & pticulari affirmatiuæ de cótingenti quæ mutuo conuertuntur, & particularis affirmatiua de neceſſario in ſe ipſam cóuertitur & reddit idem ordo terminorum & tota ratio reducitur ad hoc. ꝙ quicquid repugnat antecedēti alicuius bonæ ꝯſequētiæ repugnat cóſequēti ſi dicatur eē mutuo cóuerſio ab antecedēte ad conſequēs, & econtrario ſicut in propoſito eſt. Ad confirmationé uero dicitur negādo, ꝙ oppoſitū cóſequētis non repugnet antecedēti, nā ſi contigit aliqđ.b.eſſe.a. contigit aliquod.a.eſſe.b.& oppoſitū huius non contingit aliquod.a.eſſe.b. īfert oppoſitū antecedentis. Si eni ſumatur pro uniuerſali negatiua de neceſſario, manifeſtū ē ꝙ ipſa conuerſa īfert oppoſitū antecēdētis, ſi uero pro uniuerſali affirmatiua ipſa ēt cóceditur ꝙ cóuertitur ī pticularē repugnātē ut deduximus. Et hæc propoſitio non contigit aliqđ.a.eē.b.non conuertitur ī hác non contigit aliqđ.b.eē.a. qa tūc uniuerſalis affirmatiua cū uniuerſali affirmatiua conuerteretur ī propoſitione de neceſſario conuertitur, tū taliter ſi explicetur ī ptes quas hēt iplicite, ꝙ utraꝗ; illaꝝ īferet oppoſitū antecedētis. & p hæc patet reſpóſio contra obiecta ī deductione Ariſtotelis. Ad ea uero q̄ obiiciebātur ī terminis, reſpondendū eſt cū dicitur contigit ad utrūlibet aliquē hoīem eē grāmaticū conceditur & ſimiliter hæc contingit ad utrūlibet aliqđ grāmaticū eē hoiem, ſicut patere poteſt ex his q̄ diximus ī ſupiori qōne, contingit eni ad utrūlibet aliqđ grāmaticū eſſe, & conſequenter contingit ipſum eſſe hominem non autem eodem præciſe modo quo contingit hominē eſſe

grammaticum eodem, contingit grãmaticum eẽ hominẽ, ſicut etiam ex antedictis manifeſtũ eſt. Ad aliud reſpondetur ꝙ hæc eſt falſa contingit uidentẽ eſſe cæcum, propterea ꝙ impoſſibile ẽ uidẽtem eſſe cæcum ſicut impoſſibile eſt cæcum eſſe uidentẽ. Et quum dicitur contingit uidentem fieri cæcum, reſpondetur ꝙ ſi accipiatur uidens pro ſubiecto uiſionis, & cæcum pro ſubiecto cæcitatis, uerum eſt quod contingit ſubiectum uiſionis. fieri ſubiectum cæcitatis. Sed hoc nõ facit ad propoſitum quia termini in propõne ponunt ſuũ formale ſignificatum, non autem ſuum ſignificatum materiale. Et quia propoſitio prædicta terminis ſic ſumptis eſt falſa, ideo & ſua conuerſa eſt falſa, & ſorte etiam impoſſibile eſt quod ſubiectum uiſionis fiat ſubiectum cæcitatis. quia quum dicitur contingit ſubiectum uiſionis fieri ſubiectum cæcitatis intelligitur contingentia ad prædicatum prius poſita in actu & ſtabilita potentia ſubiecti ad formam ſicut manifeſte declarauimus in una quæſtione de conuerſione propoſitionum de ineſſe. Hæc nobis dicenda occurrunt circa hãc quæſtionem. Sed q̃ reperiũtur uarii modi reſpondendi ad argumenta facta contra deductionem Ariſtotelis, propterea ad ampliorem doctrinam hic aliquos eorum adducam, reſpondent autem aliqui concedendo particularem contingenter ad utrumlibet in particularem eiuſdem contingentis conuerti, ut contingit ad utrumlibet aliquod .b. eſſe .a. ergo contingit ad utrumlibet aliquod .a. eſſe .b. & quod ex oppoſito conſequentis infertur oppoſitum antecedentis. quia ſequitur non contingit aliquod .a. eſſe .b. ergo non contingit aliquod .b. eſſe .a. quamuis uerum ſit quod ex oppoſito conſequentis inferatur oppoſitum antecedentis, non tamen prædicto modo per conuerſionem negatiuæ ſicut ſuperius diximus, quia ſequeretur quod uniuerſalis affirmatiua de neceſſario conuerteretur. quod eſt falſum, ſed oppoſitum conſequentis infert oppoſitum antecedẽtis eo modo quo nos diximus explicata

illa negatiua in ſuas partes diſiunctas, & utraq; illarum conuerſa ſecundũ modũ proprium ſuæ conuerſionis. æquiualet eni hæc, non contingit aliquod.a. eſſe.b. neceſſario omne uel nullum, a. eſt.b, quæ non conuerti poteſt. ergo neceſſario omne uel nullũ b. eſt, quia neceſſario omnis uel nullus homo eſt animal, ſaltem ex ſuppoſitiõe, & tam en hæc eſt falſa neceſſario omne uel nullum animal eſt homo, & ſi dicas hoc non eſt inconueniens, qa neceſſaria ex ſuppoſitione non habet conuerti in unam de neceſſario ſaltem ſequitur, ꝙ ad ipſam per uim conſequẽtiæ ſequatur una de ineſſe. hæc enim eſt uera omnis uel nullus homo eſt animal, & tamen non cõuerti poteſt omne uel nullum animal eſt homo, Et ideo falſum eſt, ꝙ illa conuertatur, non cõtingit aliquod.a. eſſe.b. ergo non contingit aliquod.b. eſſe.a. quia illæ de neceſſario, uel illæ de ineſſe, quæ in ipſa implicantur conuerti non poſſunt quemadmodum per terminos demonſtrauimus idem quoq; poteſt alia ratione conſtare, quia ſi hæc poſſet conuerti, non contingit aliquod.b. eſſe.a. ergo non contingit aliqđ a. eſſe.b. tunc hæc diſiunctiua neceſſario omne.b. eſt.a. uel neceſſario nullum.b. eſt.a. poſſet conuerti in hãc neceſſario omne a. eſt.b. uel neceſſario nullum.a. eſt, b. nam hæc non cõtingit aliquod.a. eſſe.b. æquiualet uni diſiunctiuæ, illa uero non contingit aliquod.b. eſſe.a. æquiualet alteri. ergo ſicut una illarum negatiuarum ſequitur per conuerſionem ad aliam, & econtra, ſic una diſiuntiuarum ad aliam, tunc arguitur ſic, ad hanc diſiunctiuam neceſſario oẽ.b. eſt.a. uel neceſſario nullum.b. eſſe antecedit, hæc neceſſario omne.b. eſt.a. quia ſequitur neceſſario oẽ b. eſt.a. ergo neceſſario omne.b. eſt.a. uel neceſſario nullum. b.ẽ a. In conſequentia autem bona quicquid ſequitur ad cõſequẽs ſequitur ad antecedens, ergo hæc neceſſario omne.b. eſt.a. conuertetur in conuerſam huius diſiunctiuæ neceſſario omne. b.ẽ a. uel neceſſario nullum.b. eſt.a. quæ eſt hæc neceſſario omne.a. eſt.b. uel neceſſario nullum.a. eſt.b. conſequens aũt eſt falſum. quia non ſequitur neceſſario omne.b. eſt.a. ergo neceſſario, oẽ

a.eſt.b.uel neceſſario nullum.a.eſt.b.ſic patet,quia nec ratione
utriuſq; partis nec alterius tantū.ergo falſum eſt ꝙ diſiunctiua i
diſiunctiuam conuertatur,& non contingens,in nō contigenſ
non aliter mutatis terminis,quod erat probādum.Et ſi forte di
ceretur,ſicut ad ueritatem diſiūctiuæ requiritur unam partem
eſſe ueram,ita ad conuerſionem diſiunctiuæ requiritur ſolam
partem poſſe conuerti.prædictæ aūt diſiunctiuæ pars,quæ eſt
negatiua uniuerſalis conuerti poteſt,niſi eſſet ꝙ aliquando diſ
iunctiua pōt uera eſſe non ratione illius partis,quæ cōuertitur,
ſed per partem, quæ non conuertitur,ideo poreſt eē diſiuncti
ua uera,quæ tamen ſi conuertatur.non erit uera,quia ratiōe par
tis,quæ non conuertitur eſt uera.ubi autem conuertatur utraq;
efficitur falſa,& pars quæ conuertitur per conuerſionem nō fit
uera.ubi autem diſiunctiua ratione partis, quæ conuertitur ue-
ra ſit ſemper conuerti poterit.in propoſito autem argumento
dicebatur hanc nō contingit aliquod.a.eſſe.b,eſſe uerā ratione
uniuerſalis affirmatiuæ,quæ nō conuertitur uniuerſaliter,& nō
ratione uniuerſalis negatiuæ,quæ cōuertitur,quare prædicta re-
ſponſio non eſt ad propoſitum.Alia aūt poſitio,quæ pōit ip-
ſam conuerti in pticularē de contingēti pro poſſibili,nō eſt etiā
acceptanda,propterea ꝙ Ariſtotéles dixiſſet de uniuerſali ne-
gatiua,de contingēti ꝙ in illā poſſet conuerti,quæ eſſet de poſ
ſibili.Et rurſus eēt neceſſe dicere ꝙ particularis de poſſibili cō-
uerteretur aliquando in particularem de contingenti ad utrū-
libet,nam īter quaſcunq; propoſitiones eſt conuerſio ſaltem ra
tione terminorum ab una ad aliam eſt bona conſequētia,& ma
xime ubi non mutatur quantitas.conſequens autem eſt falſum
immo eſt fallacia conſequētis,igitur&c.Alius modus reſpondē
di eſt quod particularis affirmatiua de contingenti ad utrumli
bet conuertitur,& oppoſitum conſequentis repugnat antece
denti,ut ſi contingit aliquod.b.eſſe.a.contingit aliquod.a.eſſe
b.& oppoſitum conſequentis infert oppoſitū antecedētis. qa
ſi non conringit aliquod.a.eſſe.b.non contingit aliqd.b.eſſe.a.

quod probant.nam hæc, non contingit aliquod.a.eſſe.b.habet tres cās ueritatis de neceſſitate nullum.a.eſt.b. & de neceſſitate omne.a.eſt.b.& de neceſſitate omne.a.qđ eſt.b.eſt.b.eodē modo hæc,non contingit aliquod.b.eſſe.a.hēt tres cās ueritatis ,ex quaꝝ qualibet infertur oppoſitū antecedētis.ex hac.n.neceſſario nullum.b.eſt.a.manifeſtū eſt ꝙ ſequitur oppoſitū antecedētis quod erat contingit aliquod. b.eſſe.a. Ex hac etiā neceſſario omne.a.eſt.b.infertur,ut dicūt oppoſitum antecedētis. qa ſequitur neceſſario oē.a.eſt.b.ergo neceſſario omne.b.qđ eſt.a.ē. a.& hæc repugnat,huic contingit aliquod.b.eſſe.a . Eodem modo ex hac tertia neceſſario omne.a.quod eſt.b.ē.b.omne.b. quod eſt.a.de neceſſitate eſt.b.& hæc repugnat eidē antecedēti prædicto,contingit aliquod.b.eſſe.a. Quod autem prædicta propoſitio non contingit aliquod.a.eſſe.b.habeat tres cauſas ueritatis probatur deducēdo ad impoſſibile. quia aliter ſequeretur quod duo cōtradictoria eſſent ſimul falſa,quod probatur. hæc enim eſt falſa contigit ad utrūlibet quoddā aīal eſſe hoiem,hæc quoq; eſſet falſa,non contigit aliquod animal eſſe hoīem , ſi nō haberet tres prædictas cās ueritatis,hæc enim eſt falſa neceſſario omne aīal eſt homo. Et hæc ſimiliter neceſſario nullum animal eſt homo. Hic modus reſpondendi non eſt ſufficiēs. primū qa hæc non contingit aliquod.a.eſſe.b.non poteſt diſiunctiuæ ſignificare,niſi duo.quia ſua contradictoria contingit aliquod.a.eſſe.b.duo copulatiue ſignificat.præterea diceret aduerſarius, quod ex hac neceſſario omne.a.eſt.b.non infertur oppoſitum antecedentis,quia ipſa non conuertitur in hanc neceſſario omne.b.quod eſt.a.eſt.a.quia aliquod.b.quod eſt.a. neceſſario eſt a.& aliquod contingenter eſt.a.non igitur omne.b.quod eſt.a. neceſſario eſt.a.quia ut diximus,aliquod.b.quod eſt. a. contingenter eſt.a. Eſto præterea quod omne.b.quod eſt.a.neceſſario ſit.a.non propter hoc ſequitur oppoſitum huius contingit aliquod.b.eſſe.a.immo ſtant hæc duo ſimul omne.b.quod eſt.a. neceſſario eſt.a.& contingit aliquod.b.eſſe.a.cum cōtingentia

enim ad utrumlibet ſtat neceſſitas ſuppoſitionis. quia illi ſolum
repugnat neceſſitas, quæ eſt ex terminis. Fallitur præterea ex fun
damẽto ponendo hanc non contingit aliquod.a.eſſe.b. habe-
re tres cauſas ueritatis. nam tunc ſequeretur ꝙ duo contradicto
ria eſſent ſimul uera, & ꝙ nulla particularis de contingenti eſſet
uera primũ hoꝶ deducitur. hæc enim eſt uera, contingit aliquẽ
hominem eſſe album ſua quoq; cõtradictoria eſſet uera non cõ
tingit aliquẽ hoĩem eſſe album, quia hæc cã ueritatis oĩs homo q
eſt albus de neceſſitate eſt albus. eſt.n. antecedẽs uerum, contin
git aliquem hominem eẽ album aliquo hoĩe exiſtente albo. Ex
quacunq; autem cauſa ueritatis illa infertur, nõ contingit aliquẽ
hoĩem eẽ album. Secundũ uero ſimiliter deducitur, quia ſem-
per aliqua uniuerſalis de neceſſario, quæ ſibi pro una cã ueritatis
reſpondet eſt uera, probatio poſtremo qua probat dari triplicẽ
illã cãm ueritatis, nõ eſt ſufficiẽs. non.n. eſt falſum, ꝙ cõtingit ali-
quod aĩal eſſe hoĩem, imo hoc eſt ueꝶ, quia contingit aliquod
aĩal eſſe, & illud eſſe hoĩem, non ꝙ poſito aĩali ineſſe exiſtentiæ
contĩgat ipſum eſſe hoĩem, imo ipſum, ut ſic uel neceſſario eſt
hõ, uel neceſſario, nõ eſt hõ. Extenditur ãt ſignificatũ contingẽ-
tis ad quæcunq; ubi non eſt neceſſitas in terminis, falſum aũt eſt
non contingit aliquod animal eſſe hoĩem ratione utriuſq; ꝑtis,
& huius neceſſario omne aĩal eſt homo, & huius neceſſario nul-
lum animal eſt homo. Præter prædictos omnes modos ſunt &
alii duo modi reſpondendi, primus eſt ſuppoſita definitione,
contingentis, quo nõ exiſtente neceſſario, ſi ponatur ineſſe nul
lum ſequitur inconueniens, ex parte autem qua non eſt neceſ-
ſarium poteſt non eſſe, ex parte autem qua non eſt impoſſibile
poteſt etiam inquit igitur, hic modus reſpondendi, quod con-
tingit ſecundum quod habet habitudinẽ ad poſſe eſſe. Sic põt
conuerti, & ex oppoſito cõſequẽtis ĩfertur oppoſitũ antecedẽ
tis, ut cõtigit aliqđ.b.eſſe.a. ergo contigit aliquod.a.eẽ.b. & op
poſitũ cõſequẽtis non contingit aliqđ.a. eẽ.b. infert oppoſitũ
antecedẽtis. ſignificat.n. ut oppõitur prædictæ ĩpoſſibile ẽ aliqđ

.a.eſſe.b.quæ idem ſignificat,ꝙ hæc neceſſario,nullum.a.eſt.b.
quæ abſolute cõuertitur neceſſario,nullum.b.eſt.a. quæ repu-
gnat antecedenti cõtingit aliquod.b.eſſe.a.Inquãtum uero ſi-
gnificat poſſe nõ eſſe nõ immediate cõuerti poteſt,ſed ꝑ quan-
dam cõcomitãtiam ad poſſe eſſe,quum enĩ dico ꝙ cõtingit ali
quod.b.eſſe.a.in hoc ſecũdo ſenſu ſignifico,poteſt aliquod.b.
nõ eſſe.a.quia autem hæc cõuertitur ad poſſe eſſe, quia ſi con-
tingit aliquod.b.nõ eſſe.a.cõtingit aliquod.b.eſſe.a.ſecundum
primum ſenſum quem monſtrauimus conuerti, Ipſa autẽ per
ſe directe & imediate cõuerti nõ poteſt,quod hoc modo pro-
batur,quum dicitur contingit aliquod.b.nõ eſſe.a.totũ.a.re-
mouetur ab aliquo.b.quũ aũt dico cõtingit aliquod.a.nõ eẽ.b.
li.a.nõ ſtat pro oĩ ſuo ſuppoſito,ſi igitur conuerteretur cõmitte
retur fallucia figutæ dictionis probari aut faciliter poteſt,quod
in prima li.a.ſtet pro omni ſuppoſito,quia hæc eſt lex cõtradi-
ctoriatum.ꝙ terminus nõ diſtributus in uua diſtribuatur in reli-
qua,tã ex pte ſubiecti,q̃ ex pte prædicati modo utrobiq; ſit ter-
minus communis,& quilibet homo currit quidam homo non
currit in altera homo diſtribuitur,in altera currens, non oppo-
nitur aũt huic,contingit aliquod.b.eſſe.a.ſecũdum quod dicit
poſſe nõ eſſe,hæc neceſſario nullum.b.eſt.a.nam in utraque di-
ſtribuitur.a.ſed neceſſario,omne.b.eſt.a. hæc poſitio cõfirmat
ſe cum dictis Ariſtotelis,quia inquit Ariſtoteles, quod in pri-
ma figura ſi minor ſit de contingenti negatiua, non fit ſyllogiſ-
mus,ſi autem conuertatur ad affirmatiuam fiet ſyllogiſmus ra-
tione extremotum affirmatiuæ ad quam conuertitur. Et rurſus
Ariſtoteles in ſecunda figura non negat ex ambabus de con-
tingenti poſſe fieri ſyllogiſmum, niſi quia utraque præmiſſa-
rum uel eſt affirmatiua uel conuertitur ad affirmatiuam ex dua
bus autem affitmatiuis non fit ſyllogiſmus, quamuis multa ſe-
cundum hanc poſitionem dicantur quæ probabilitatem habẽt
non tamen hæc poſitio eſt aliquo pacto ſubſtinenda, uerum
enim eſt quod natura contingentis eſt dicete illa duo & poſſe

nõ eſſe quatenus nó é neceſſariũ,& poſſe eſſe qnatenus nó é ím
poſſibile. Et Ariſtoteles uoluit tale cótingens ſecũdum ambi/
tum ſui ſignificati poſſe cóuerti, nam ſi ſolum uoluiſſet ipſum
cóuerti ea parte quæ dicit poſſe eſſe, debuiſſet Ariſtoteles dice
re ꝙ cótingens pro poſſibili cóuerti poteſt. Et præterea cũ có/
tingere dicat duo copulatiue. dicere ipſum cóuerti, quia altera
ꝑs cóuertatur é fallacia ꝯſequétiſ,& cũ dicitur ꝙ q̃tenuſ dicit poſ
ſe nó eſſe cóuertitur per excócomitátiam ad particularé affirma
tiuam dicétem poſſe eſſe, ut cótingit aliquod.b.nó eſſe.a.cótin/
git aliquod.b.eſſe.a.cótingit aliquod.a.eſſe.b. cótingit aliquod
.a.nó eſſe.b. Sed ſi hoc modo fit cóuerſio, cur á primo ad ulti/
mum, hæc cótingit aliquod.b.nó eſſe.a.nó cóuertitur in men/
te, cótingit aliquod.a.nó eſſe.b.ois cóſequentia quæ eſt bona ꝑ
media, é éti méte bóa, nec ualet ét qd dicit prædicta poſitio. ꝙ ſi
particularis de cótingéti ſecũdum ꝙ dicit poſſe nó eſſe, cóuerte
retur qd cómitteretur fallacia figuræ dictióis. Si.n.fallacia figuræ
dictionis fit, ita ubi cóuertatur per media, ſicut ſi í mediate fiat
cóuerſio, talis fallacia apparebit. nó cómittitur auté talis fallacia
ꝑꝑ hoc, ꝙ in una aliquis terminus ſupponat pro pluribus, quá
in alia ſicut manifeſte apparet in cóuerſióe uniuerſalis affirmati
ue, eſt auté fallacia figuræ dictióis ex ſimilitudine dictionũ, ubi
aũt eadé dictio ſupponat, idé ſignificatũ & eũdem modũ ſigni
ficádi per ſignum grámaticale nó uariás, nó cómittitur fallacia fi/
guræ dictióis, eſto ꝙ pro pluribus in una ſupponat q̃ in altera, ſi
cut patet de ſyllogiſmis ꝑticularibus & de ſyllogiſmis difformi
bus, qui uidelicet ex affirmatiua cóſtát & negatiua. Quod aũt di
cunt Ariſtotelé particularé negatiuam cóuertere ſecũdum præ
dictam cócomitátiam. quia ſi minor ſit de cótingéti negatiua in
prima figura &c, dico ꝙ hoc propterea eſt, quia nó indiget ibi.
cóuerſióe in terminis, quia tũc commiteretur forma figuræ ter
tiæ, & nó eſſet amplius figura prima, & eodem modo dicitur de
duabus de cótingéti in figura ſecũda. indiget enim cóuerſione
ad oppoſitas qualitates in oſteſione impoſſibilitatis, & nó con/

uerſióe in terminis, patet igitur hác poſitionem eſſe nullam, tũ
quia propoſitio de cótingẽti cóuertitur ad oppoſitas qualitates
& neceſſario aliquis terminus pro pluribus ſupponiti una quá
in altera, patet etiá ꝙ hæc poſitio cõfũdit ſignificatum cótingẽ
ter ad utrũlibet cũ aliis ſuis ſignificatis. Alius & ultimus modus
reſpódẽdi eſt ꝙ particularis affirmatiua de cótingenti cóuerti-
tur & ꝙ ex oppoſito cóſequẽtis ĩfertur oppoſitum antecedẽtis
ut ſi cótingit aliquod.b.eſſe.a.cótingit aliquod.a.eſſe.b.ná hæc
nõ cótingit aliquod.a.eſſe.b.infert oppoſitũ antecedẽtis.& ha
bet tres cauſas ueritatis.ſ.de neceſſitate, oẽ.a.ẽ.b.& de neceſſita-
te nullum.a.eſt.b.& neceſſario.b.ineſt oi.a.quod probant, quia
aliter duo cótradictoria eẽnt ſimul falſa, hæc eni ẽ falſa, cótigit ad
utrũlibet, aliqđ aĩal eẽ hoiem, hæc quoq; eẽt falſa nó cótigit aliqđ
aĩal eẽ hoiem ſi ſolũ hẽret has duas cáſ ueritatis neceſſario, oẽ aĩal
ẽ homo.uel neceſſario nullũ aĩal ẽ homo, uerificatur aũt inqui-
unt ipſi ratióe tertiæ, ꝙ aĩal de neceſſitate ineſt oi homini, mo-
do his ſtátibus uidẽdum eſt qũo ex qualibet illaꝝ ĩfertur oppo-
ſitum antecedẽtis, & ex hac manifeſtũ eſt neceſſario, nullum.a.
eſt.b.ĩfertur oppoſitũ antecedẽtis neceſſario, nullum.b.eſt.a.ꝗ
repugnat huic, cótingit aliquod, b.eſſe.a.quod erat antecedẽſ.&
ex hac neceſſario, omne.a.eſt.b.etiam ĩfertur oppoſitum ante-
cedẽtis quia ſequitur omne.a.neceſſario eſt.b.ergo.b.de neceſ-
ſitate ineſt.omni.a, quæ ĩfert, hác ergo nó cótingit aliquod.b.eẽ.
a.quæ eſt oppoſitũ antecedẽtis. Et ſimiliter ex hac neceſſario.b.
ineſt omni.a.ĩfertur oppoſitum antecedẽtis, ergo nó contingit
aliquod.b.eſſe.a.quod ſimiliter eſt oppoſitũ antecedẽtis, pro-
bant præterea ꝙ ex oppoſito cóſequẽtis ĩfertur oppoſitũ ante-
cedẽtis.quia hæc de neceſſitate omne, a.eſt.b.repugnat antece-
dẽti, ná ſi cótingit aliquod.b.eſſe.a.ſignatur illud.b.& ſit.c.tũc
ſic quod eſt.b.de neceſſitate eſt.b.ſed.c.quod eſt.b.cótingit eẽ
a.ergo aliquod.a.cótingit eſſe.b.modo hæc repugnat iſti de ne
ceſſitate, omne.a.eſt.b.ergo ex oppoſito cóſequentis ĩfertur op
poſitum antecedẽtis uel facilius deducitur ratio ſic, aliquod.b.

utputa.c. cõtingit eſſe.a.& quæro an illud.a.cõtingat eſſe.c.uel neceſſario nó ſit.c.uel neceſſario ſit.c,ſi detur primũ hẽtur intẽtum,ſi ſecũdum cõuertetur ut neceſſario.c.nó ſit.a.quia ſi unũ ſingulare remouetur ab alio,&ecõtrario,ſi uero.a.neceſſario ſit .c.&.c.neceſſario erit.a.quod erat probãdum.

Hæc poſitio etiam teneda nó eſt,propter ea quæ obiecimus contra aliam poſitóem,quæ dabat tres cauſas ueritatis.nó enim ſũt aſſignãdæ tres cauſæ ueritatis, ut diximus. Eſto præterea ꝙ aſſignaretur,tota difficultas eſt ex parte huius,neceſſario omne.a. eſt.b.q.ſ.ex hac nó inferatur oppoſitum antecedẽtis. Et quum dicitur ꝙ ſic.quia ex hac ĩfertur iſta.ergo.b.neceſſario ineſt omni.a.quæ infert oppoſitũ antecedẽtis quæ eſt nó cõtingit aliqđ b.eſſe.a.diceretur ab aduerſario,ꝙ nó eſt uerum,ꝙ ſi neceſſario omne.a.eſt.b.quod.b.neceſſario inſit omni.a.quia neceſſitas eſt ex parte.a.cõtigentia autem ex parte.b.ſtat enim,diceret aduerſarius ꝙ neceſſario,omne.a.ſit.b.& ꝙ aliquod.b.neceſſario inſit.a.& aliquod contingenter,hoc autem erat quod ipſe debuiſſet probare. Fundamentum præterea quo innititur ad probãdum triplicem exponentem,iam ſuperius reprobauimus. Alia autem probatio quam facit hæc poſitio licet ualeat, tamen nõ eſt per conuerſionem,ſed per expoſitionem,& eſt quaſi diſtincta ratio ab ea,quam ponit Ariſtotéles licet utraque ſit ex eodem principio,quæ & cætera.

Venetiis in domo Aldi Romani menſe Iulio.M.iii.D.ipetratum eſt ab.Ill.S.V.ne cui liceat iprimere & cætera.

Regiſtrum huius operis

a b c d e f g h i   Omnes ſunt quaterni.

Finis.

Inc 1268

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Quæſtio Auerrois in librum priorum traducta per Heliam hebræum.

I Ntentio in hoc ſermone eſt inueſtigare de propoſitione, quæ uocatur inuenta in actu, & abſoluta, q̄ propoſitio ſit illa, & quid opinio Ariſtotelis de hoc. Nā expoſitores diuerſificati ſunt ĩ hoc. Dicamus ꝙ illud quod peruenit ad nos in hoc ex expoſitoribus, ut inuenimus ĩ libro Themiſtii. Et ſicut narrauit Alfarabius, ſunt duæ opiniões Vna earum eſt opinio Herminii & Themiſtii, & Theophraſti. Secunda eſt opinio Alexandri, & poſteriorum expoſitorum poſt ipſum, ſicut narrauit Themiſtius, ſed eſt opinio Theophraſti. ꝙ propoſitio abſoluta & inuenta eſt illa in qua deficit expreſſe modus neceſſitatis, & modus poſſibilitatis, & nullus eorū declaratur de ea, materia aūt ē neceſſaria uel poſſibilis. Propoſitio igitur inuenta ſeu de eſſe ſecundū iſtos, eſt propoſitio nō modalis, & quaſi eſt genus neceſſariæ, & poſſibilis poſtquā ipſa eſt apta ſeu diſpoſita, ut addatur ſuper ipſam unus iſtoꝝ duorum modoꝝ, & hoc ſecundū materiā. hæc eſt opinio peripateticorum de abſoluta. Alexander aūt & poſteriores expoſitores præter Themiſtium exiſtimant. ꝙ propoſitio inuēta ſeu de eſſe eſt propoſitio poſſibilis. i. quū inuenitur actu poſitum eius in ſuo ſubiecto in tēpore præſenti. Quælibet autem haꝝ opinionum credidit ſuam opinionem eſſe opinionē Ariſtotelis, & quælibet harum opinionum ratiocinatur ex parte rei, & ex uerbis Ariſtotelis. Et fortior rō in qua ſubſtētatur tenēs opinionē theophraſti ex p̄te rei eſt hæc. nam propoſitio inuenta ſecundum opinionē Alexādri difficile eſt ipſam eſſe uniuerſalem, & quū ĩuenitur uniuerſalis, ipſa inuenitur per accidens, & in pauco tempore. Et ſimiles propoſitiones nō facit ars agricolæ & a fortiori ars topica uel ars demōſtratiua. Ratiocinatio āt eorum ex uerbis Ariſtotelis eſt, nam ipſe iuſſit apud miſtionem poſſibiliſ. Abſolutæ .ſ. ꝙ cū fuerit abſoluta maior nō debēt fieri ĩ hoc tales abſolutæ

Inc. 1269

inuentæ.ſ.quæ ſunt ueræ in aliquo tempore demõſtrato ,& raro
Et ſimiliter cũ ipſe putauit ꝙ hæc ſpecies miſtionis iam cõclu/
dit falſum. Ex his ergo uidetur ꝙ debent remoueri tales abſolu/
tæ,& facere abſolutã quæ nõ eſt cõditionata ſeu ſecundũ quid.
& uerba Ariſtotelis ſunt iſta inquit. Et propoſitiones inuẽtæ de
bent eſſe in omni nõ in tẽpore determinato ut nũc uel aliquod
tempus demõſtratũ,ſed abſolutum,nam ex talibus propoſitio
nibus fiunt ſyllogiſmi. Si eni accipentur propoſitiões inuẽtæ in
tempore determinato nõ erit ſyllogiſmus. Et quia poſuit hunc
ſermonem adducit termĩos quibus cõcluditur in hac miſtione
uerum,& terminos ex quibus cõcluditur falſũ. Exẽplum illius
ex quo cõcluditur falſum.omnis homo poteſt moueri & om/
ne ꝙ mouetur nũc eſt equus,ſequitur ex hoc, ꝙ omnis homo
ſit equus.& eſt falſum.& exẽplum illius ex quo cõcluditur ue/
rum,omnis homo põt moueri.& omne quod mouetur nunc
eſt animal quum acciderit ꝙ nõ moueatur aliquid niſi aĩal,er/
go omnis homo eſt animal,& hoc eſt uerum. Hæ ſunt fortiores
rationes quibus iſti ratiocinantur ex hoc de uerbis Ariſtotelis
ex re ipſa. Secta aũt ſecũda etiam ratiocinatur ex re ipſa & ex uer
bis Ariſtotelis,& ipſa aũt re,nam ipſi putauerũt, ꝙ intentio eſt
hic.ſ.in libro priorum loqui de modis propoſitionum ſecũdũ
ꝙ ipſæ ſunt abſolutæ in eſſe extra intellectum nõ ſecũdũ quod
ſunt in intellectu tãtum. Abſolutæ aũt ſecũdum opinionẽ pri/
mæ ſectæ.ſ. Theophraſti nõ habẽt eſſe niſi in intellctu,ipſa ergo
eſt reſpectu modalium,quum attribuitur eis,ſicut indefinita in
habentibus determinationem ſeu clauſuram,quum refertur ad
eas,& ſicut indefinita dicitur ibidem de ea.ꝙ uirtus eius ẽ uir/
tus pticularis ita eẽt hic neceſſariũ dicere ꝙ abſoluta uirtus eius
eſſet uirtus poſſibilis,& nõ facere de ea ſermonem proprium.
Exemplum huius,ꝙ negatiua abſoluta debemus dicere de ea.
ſic ꝙ ipſa nõ conuertitur,& ſi ſit neceſſaria conuertitur,eſſet er/
go neceſſariũ dicere de hac,ꝙ ipſa nõ cõuertitur, ſicut dicitur
de ſyllogiſmo ex duabus indefinitis ꝙ ipſe nõ cõcludit ſicut ẽ

diſpoſitio ſyllogiſmi ex duabus pticularibus. Et ēt ſcđm hoc rē manſit aliquis modus ex modis eſſe, cuius modum in concludendo nó dixit Ariſtoteles, & eſt inuentum quod eſt extra animam, hæc ſunt fortiora ex quibus ratiocinantur iſti ex ipſa re. Ex uerbis aūt Ariſtotelis eſt hoc, nam Ariſtoteles multum tranſducit in declaratione ducente ad íppoſſibile p propoſitionē poſſibilem ad inuentam. & hoc ſignificat ꝙ ipſa eſt illa quæ eſt inuēta in actu, & etiam exempla eius quæ fecit in mixtis ex inuenta & poſſibilibus & mixta eſt illa quæ inuenitur in actu in toto ſubiecto in aliquo tempore poſſibili, & econtrario oppoſitum exempli ꝙ fecit in inuenta totaliter, nam materias illius poſuit illas materias neceſſarii, & ex hoc etiā ratiocinatur alia ſecta. Sed Alfarabius tenet opinionem Alexandri. Auicenna autem habet aliā opionē de hoc quā dicemus poſtea. Et poſtq̄ declaratæ ſūt hæ dubitatóes dicamus nos ꝙ notū ē p ſe ꝙ propó uniuerſalis ē illa cuius prædicatū ieſt toti ſubo, & qđ hæc ē duplex una eaꝝ ꝙ prædicatū ieſt toti ſubo i actu. & ſcđa ꝙ nó iuenitur toti ſubo i actu ſed ſecundū poſſibilitatē. ſ. in tpe futuro. & in illa in qua iuenitur prædicatum in ipſa de toto ſubiecto in actu, quædam ē in qua prædicatum ineſt ſemper, & eſt neceſſaria, & quædam eſt quod eſt non ſemper, & eſt inuentū, & illud ꝙ non eſt ſemper. eſt ſecundum duas ſpecies, una earum in qua inuenitur prædicatum toti ſubiecto in maiori parte temporis, & ē illa cuius ſubiectum nó recipit ſecundū ſuam naturam, niſi unum contrariorum, ſed inuenitur reliquum per accidens. ſicut oē habens oculum uidet, & iam dixit Ariſtoteles hanc ſpēm propoſitionum in libro periherminias. Alia autem non inuenitur in maiori pte ſed in minori, uel æqualiter, & hæc eſt cuius ſubiectum recipit oppoſita æqualiter, ut ſomnū & uigiliā aiali. Inuenta ergo ſecūdum hoc habet tres ſpecies, ut in pluribus & in paucioribus, & media iter haſ duaſ, & hoc eſt ſicut diſpoſitio poſſibilis. ſ. ꝙ inuenitur i ea, ut i multū & i pauco & æqualiter, ſed iſtæ differētiæ treſ accidunt poſſibili propter ſubiectum. ſ. prædicatio ſecundum

paucum & ſecundũ multum, & accidunt inuẽtæ propter tempus & materiam eſt ꝙ inuenta ſecundũ multũ .i. quæ eſt ĩ maiori parte temporis ipſa eſt poſſibilis in minori parte temporis. & hoc in hora in qua non inuenitur prædicatum in ea in actu, & ĩ toto ſubiecto & eſt paucum tempus, & per accidens. Sed ĩuenta ſecundum paucum .i. cuius prædicatum inuenitur toto ſubiecto in pauco tempore. Manifeſtum eſt ꝙ ipſa eſt poſſibilis in aliqua parte temporis .i. quæ non inuenitur prædicatũ eius toto ſubiecto in actu, in maiori parte temporis & ipſa eſt poſſibilis ꝗ contraducitur ſeu tranſmutatur ad inuentam eſt inuenſa ſecundum paucum & illa non utitur in ſcientiis ſed illa quæ eſt poſſibilis in pauco tempore & inuenta in maiori parte temporis .ſ. cuius prædicatum ineſt toto ſubiecto ut plurimũ manifeſtum eſt ꝙ illa utitur in ſcientiis, & iam declarauit Alfarabius in ſuo libro poſteriorum. ꝙ quum dicimus nõ neceſſarium eſt ſecũdũ duas ſpecies uel inuentũ in maiori parte temporis uel inuentũ ĩ maiori parte ſubiecti uel ambæ hæ intẽtiões ſimul uel inuẽta ſecũdũ paucũ & æꝗliter, nã hæ duæ diuiſiões tãtũ ſunt de ꝗbus nõ cõſiderãt ſciæ, ſed duæ aliæ diuiſiões cõſiderãt đ eis, & ĩ hac ſpẽ propõnũ ingrediuntur propões ſimiles neceſſariis ꝗ nõ ſunt neceſſariæ ſicut omnis coruus eſt niger & omnis nix eſt alba, & ſimiliter propoſitiones de ꝗbus dicit Alfarabius de eis quod ſũt propinquæ ueritati perfectiõe, & ſunt illæ de quibus non inuenitur aliqs ſenſus contradicens eis, nam propoſitiões neceſſariæ ſecundum ueritatem ſunt illæ de quibus intellectus intelligit ſeu apprehẽdit in eis hãc eſſentialitatẽ ſeu perſeitatẽ, ꝗ eſt inter ſubiectum & prædicatum, quũ aũt non apprehẽdit intellectus hanc habitudinẽ, tunc ingreditur in eis poſſibilitas, & quũ ingreditur in eis poſſibilitas, ſunt inuentæ non neceſſariæ, & iſtæ propoſitiones multũ etiã ingrediuntur in ſciẽtiis. immo maior pars ſyllogiſmorum, ſicut dicit Ariſtoteles fit ex iſtis, ſed dixit hoc, quia eſſentiales ſunt raræ .i. paucæ ĩueniũtur propter hanc intentionem dixit Ariſtoteles ĩ libro poſterioꝝ, ꝙ omne

neceſſariũ ẽ per ſe ex quo illud ꝙ nõ eſt p ſe ẽ iuentũ quũ ſit poſ ſibile, ut nõ iueniatur prædicatum ĩ ſubiecto in aliq̃ hora. Et cũ hoc ſit, ita non eſt inuenta quam uoluit Ariſtoteles illa quæ eſt ſecundum paucũ, ſicut intellexerunt hoĩes ex doctrina Alexan dri, ſed uoluit Ariſtoteles, uel illam quæ ẽ ſecundum plurimũ, uel ambas ſimul, niſi ꝙ ipſe intendit illam. quæ eſt ſecundũ plu rimum primaria intentione, alias autem ſecundaria ſecundum quod ipſe adiuuat in aliquibus locis, ſicut adiuuat ĩ ſyllogiſmo ducente ad impoſſibile, quando traducitur ſeu tranſmutatur poſſibilis ĩ maiori tempore ad ipſam. Et Ariſtoteles iã fecit hãc quæ eſt ſecundum paucum in tempore traductionis, ſeu mu tationis. nam nulla eſt differentia inter has ſecundas in conclu dendo in hoc loco, & inter illam quæ eſt ſecundum plurimũ & hoc quum fuerit propoſitio, quæ aſſociatur ei in his locis, non poſſibilis, & cauet ab ipſa cum aſſociatur cõpoſſibili, ſicut quũ fuerit minor poſſibilis. nam non componitur ex duobus, tunc ſpẽs concludens. Ariſtoteles ergo concluſit intentionem de ſpeciebus abſolute ſicut comprehendit intentionem ĩ ſpecie bus poſſibilis, ꝙ ipſe nõ diſtinxit in hoc libro, illã quæ ſecundũ plurimum ab alia quæ eſt ſecundum paucum, & iã diximus cau ſam huius in declaratione noſtra de hoc libro, & manifeſtum ẽ, ꝙ ſecundæ ſpecies propoſitionum. ſ. inuẽtæ ſecũdum plurimũ & inuentæ ſecundum paucum traducuntur ſeu mutãtur a poſ ſibili. Sed inuenta ſecundum plurimum traducitur ab illa, quæ eſt poſſibilis in maiori parte temporis hoc ergo uel fuit oc cultum Alexandro uel fuit occultum hoc hoĩbus ex ſermõe Alexãdri. Et errauerunt in hoc & putauerunt ꝙ ipſe uoluit hãc inuentã ſecundum paucum. Ex quo nõ intelligunt hoĩes aliud ab hoc. Et qũocunq; ſit hoc, hoc eſt in quo debemus ſuſtẽtare & declarare ſcd̃m hoc intentionẽ Ariſtotelis de abſoluto. nam hæc eſt intentio a qua remouentur oẽs dubitationes præceden tes, quæ ſequebãtur ambas ſectas cum hoc ꝙ eſt res uera in ſe, & nota ſicut quaſi ſunt notata principia. Et uos uidete quantum

opinio Ariſtotelis eſt ualde conſentiens ueritati. Et quátum re-
moti ſunt hoíes ab ítelligendo ipſum in multis rebus per ſe no-
tis. & maxime in rebus ignotis, ſed deus eligit, & dignificat quẽ
uult, & poteſt eſſe apud me quod Ariſtoteles intellexit per
abſolutam illã, quæ continet neceſſariã, & inuentã in actu, & eſt
propoſitio inuenta ſcđm hoc. unde conditionauit de ipſa. niſi
eſſe in actu abſq; hoc quod accipiatur ſecundũ tẽpus. Nã hæc
ſecundũ ueritatẽ, notum eſt de diſpóne eius ꝙ eſt tpalis, uel ne-
ceſſaria. & multotiẽs cóponitur ſyllogiſmus ex cóiunctione ha-
rum propoſitionũ. Et Ariſtoteles exẽplificauit in íuentis tpali-
bus i miſtione neceſſarii, & abſoluti. nã uirtus eius ẽ uirtus iſtius,
ſicut indefinitæ uirtus eſt uirtus particularis, quũ autẽ dixit ca-
uere propoſitionẽ inuentã ſecundum paucũ in miſtione poſſi-
bilis íuenti fecit hoc, ut nõ ponat qs illud qđ cõtinet hæc ſpẽs
de inuentis ſecundũ paucũ, ſed debẽt poni illæ q̃ continẽt ne-
ceſſariã, & íuentã ſecundũ plurimũ, & íã declarauimus hoc per-
fecte in expoſitione dicti Ariſtotelis in hoc loco. Nã gratia dei
cõpletus eſt ſermo de maiori parte eoꝝ. Et q̃ uult ſtare ſup hoc
perfecte cõſideret i illo libro. Auic. ãt errauit in hoc errore ma-
gno, & declarauit illud quod dixit in hoc loco ꝙ prædicató ne-
ceſſaria apud ipſum in propóibus eſt ſcđm qnq; modos. unus
eoꝝ eſt ꝙ prædicatum íſit ſubo ſemp & neceſſario, & abſolutæ
ideſt quod nunq̃ deficit neq; deficiet ſicut dicimus deũ eſſe ui-
uum, & cælũ moueri circulariter ſecundũ opinionem dicẽtis
eum eſſe æternam. Et ſecundus eſt ꝙ ſit prædicatum de neceſſi-
tate in toto ſubo quãdocunq; continuatur eẽntia ſubi eſſe ſicut
dicẽdo, oís hõ eſt aíal de neceſſitate. Et tertius quod ſit prædica-
tum inuentum in ſubiecto de neceſſitate dũ ſubm ẽ appropria-
tum per ipſum ſicut dicẽdo oís color albus eſt color de neceſſi-
tate, dum continuatur ſubiectũ quod hoc attribuatur ei. Quar-
tus quod ſit prædicatum de neceſſitate in ſubiecto i aliqua ho-
ra & hoc uel in nõ determinata, ſicut dicẽdo oís homo morie-
tur, Vel in determinata ſicut dicendo luna eclipſabitur cras.

qntus quod ſit prædicatũ in ſubiecto, dum prædicatum continuatur eſſe in ipſo inquit, & quidã hoies ſunt, qui dicunt, quod abſoluta eſt illa, in qua non ponitur modus oino neq; neceſſarius neq; poſſibilis, & iam una iſtarũ quinq; eſt neceſſaria, & iam eſt poſſibilis inquit, & quidã ſunt, qui dicũt, quod abſoluta eſt, tres ultimæ præter duas primas, & neceſſaria ẽ duæ primæ ſignificat, ut puto Alexandrum & dicẽtes ſicut ipſe dixit, nam multi ſunt philoſophi ſequẽtes opinionem Alexandri ĩ hoc, ſicut accidit hoc in multis quæſitis. Deus enim glorioſus direxit ad ueritatem illum quem uoluit, & ideo uerificantes conſiderãt, de quo homine debent ſuſtentari in ſcientiis, & ſequũtur opiniones eius ſine inclinatione, neq; in dexteram neq; ĩ ſiniſtram. inqt. ſed qui dicit quod abſoluta ſcilicet iuenta ẽ illa cuius prædicatum ineſt ſubiecto cum aliqua determinatione, ſcilicet dũ continuat prædicatum eſſe, eſt opinio falſa ita dixit in libro Alſafa, & eſt abbreuiatio eius de omnibus ſciẽtiis ĩ quo magis prolongauit quã in ſuo libro alnaga. Sed in libro alnaga poſuit abſolutã dici ſecundum quatuor modos. i. tres ultimos quos dixit hic, & ſuper hanc intentionẽ, quã hic declarauit, & attribuit hãc opinionẽ Alexandro, & hoc totum eſt error & confuſio. Nam hõ eſt aníal de neceſſitate, & ſemper. nam uniuerſalia ſunt in generalia & incorruptibilia ideſt ex quibus componitur propoſitio uniuerſalis, & hoc ẽ quod fuit occultum illi q putauit, quod nõ hẽtur cogitatio neceſſaria de rebus generabilibus, & corruptibilibus. Et ſimiliter non eſt differẽtia in prædicatiõe neceſſarii in dicẽdo hõ eſt aíal de neceſſitate, & dicẽdo albũ de neceſſitate, neque indiget in hac propoſitione conditione quã poſuit niſi quum accipitur propoſitio indiuidualis. ſed quod dixit de neceſſaria temporali eſt uerum, ſed ẽ ſpecies de ſpeciebus neceſſarii. Et ſi loco huius ponetur accidit ei ĩ prædicatiõe & conuerſione, illud quod accidit neceſſario, & huic accidit in prædicatione, & conuerſione, illud quod accidit neceſſario.

nõ igitur põt qſ dicere, ꝙ hoc uoluit alexãder ꝑ abſolutã, ex quo Alexãder uoluit ꝑ abſolutã tertiũ cõſequẽs nõ neceſſariũ, neq; poſſibile, Sed decepit hoiem ut puto in illo qđ putauit de his definitionibus, nã hoĩes definiũt neceſſariũ, qđ eſt illud qđ non defecit neq; definiet & dixerũt qđ abſolutũ ẽ illud, qđ inuenitur in ſubiecto dũ ipſum eſt uel ꝑ ſe, ſi eſt ſine ſubiecto, uel in ſubiecto. Si eius eẽ eſt in ſubiecto. & dixerũt qđ nomẽ neceſſarii dicitur æquiuoce de hac intẽtione & abſolute, & putauit iſte hõ, ꝙ illud qđ dicitur in differẽtiis entis ſimpliciter ꝙ ſunt differẽtiæ ĩ propoſitiõibus uniuerſalibus neceſſariis. Et poſuit primã definitionẽ neceſſarii de his, quæ ſũt ſemꝑ ſecundũ ĩdiuiduũ, & hæc đfinitio cõtinet ſpẽs neceſſarii, quæ iueniũtur in oĩ tẽpore ſiue ſit neceſſaria ſecũdum ĩdiuiduũ, & ſiue ſcđm, ꝙ ẽ uniuerſale definitio, ergo naturæ neceſſarii & abſoluti & poſſibilis eſt definitio propõnis neceſſariæ non uniuerſalis, & ſimiliter definitio propoſitionis abſolutæ, & ſimiliter propõnis uniuerſalis poſſibilis, & ex hoc puto, ꝙ accidit error huic homini, & deus ſcit.

QVæſtio Auerrois de conuerſione propõnum.

Vicẽna dubitat cõtra ſapiẽtẽ quũ dixit ꝙ ꝑticularis affirmatiua poſſibilis cõuertitur poſſibilis. Et ſimiliter quũ dixit, ꝙ neceſſaria ꝑticularis affirmatiua cõuertitur in ne neceſſariã, & quũ dixit ꝙ uniuerſalis poſſibilis cõuertitur ꝑticularis, & ſimiliter quũ dixit qđ negatiua abſoluta cõuertitur uniuerſalis, & reprobat dictũ eius ex materiis, nã ipſe dixit, qđ quum nos dicimus, aliqs hõ ſcribit, ẽ poſſibilis, & nõ cõuertitur niſi neceſſaria, nã hæc aliquod ſcribẽs eſt hõ eſt neceſſaria, & iſto modo declaratur, qđ neceſſaria nõ cõuertitur in neceſſariam, neq; uniuerſalis poſſibilis ꝑticularis, & ſimiliter reprobat illud, qđ dicit đ uniuerſali abſoluta, quũ intellexerimus de abſoluto illud qđ credidit Alexãder, & ẽ qđ affirmatur prædicatũ uel negatur à toto ſubo in aliquo tẽpore, nã ue℞ eſt dicere, nullus hõ ẽ ridẽs, cũ acciderit ĩ aliqua hora, ꝙ nullus hõ ſit ridẽs, & nõ uerificatur in illa hora cõuerſa illius, ſ. nullũ ridẽs ẽ hõ & iã reſpõdit Alpharabius

in poſſibili reſpóſioné, quã refutat Auic. & hoc eſt, qđ uult ut puto in qbuſdã exéplis, & nos reſpódemus ei ſecũdum qđ uidetur nobis, qđ ſit magis propinquũ in remotione cóſuſionũ, & poſtea dicemus reſpóſioné Alpharabii & arguméta eiuſ cótra ipſũ. Dicamus igitur qđ quum dicimus, aliqs hó poſſibilis eſt ſcribere, uel ĩtelligunt ex hoc, qđ aliqs hó ſecũdum qđ hó abſolute .ſ. ſecũdũ quãq; diſpóné diſponatur poſſibile é ſcribere, aut ſecundum qđ é hõ priuatus ab habitu ſcribẽdi, uel ab opatióe eius. Si uoluerimus pſcribere actum, nó habitũ, nã poſſibile eſt ut ĩtelligãtur ex hoc duæ ĩtẽtiones ſimul, & manifeſtũ eſt, qđ nó eſt poſſibilitas ſcriptióis in hoíe ſecũdum quod hó abſolute, ſi .n. hoc eſſet ita eſſet ſcribẽti ĩ actu poſſibilitas, quod ſit ſcribẽs, & ĩpoſſibile eſt dicere, quod ſit poſſibile ſcribere ſecũdũ, qđ ipſe eſt ſcribens ĩ actu, nã poſſibilitas iã ineſt in re pp potẽtiã ſuper ré poſſibilé, quũ igitur intẽtio ſit, quũ dicimus oĩs hó poſſibilis eſt ſcribere. ſ. ſecũdum qđ ipſe eſt priuatus a ſcriptióe, manifeſtũ é, qđ uerũ eſt, qđ qdã ſcribẽs põt eſſe hõ priuatus ſcriptione aut in tpe pueritiæ ſi uoluerimus pſcriptioné habitũ aut, qđ nõ opatur opationem ſcribendi. ſi uoluerimus perſcriptioné actum. & ſimiliter affirmatiua particularis neceſſaria dicẽs. qđ aliqs ſcribẽs é hõ neceſſario intẽtio eius eſt, quod aliqs cui attribuitur ſcriptio in potẽtia uel ĩ actu eſt hõ de neceſſitate, & qa ipſũ eſſe appropriatum pſcriptioné ĩ actu de neceſſitate eſt, qa ipſe eſt appropriatus in potẽtia, eſt manifeſtum, quod uirtus propõnis eſt, qđ oĩs ſcribens ĩ potentia eſt, hõ de neceſſitate p hoc eſt ita, qa ĩpoſſibile eſt prædicari aliqđ de neceſſitate de aliquo, qa ipſũ eſt appropriatum illi rei per proprietaté ſeu diſpoſitioné poſſibilé, niſi p accidens, & manifeſtum eſt, quod quum ĩtelligitur ex hac propoſitione hoc, quod conuerſio eius aliquis homo eſt ſcribens in potentia de neceſſitate eſt ſicut diximus in neceſſaria, & ſimiliter quum dicimus. nullus homo nũc eſt ridẽs in actu, conuertitur, nullum ridens nũc eſt homo, ſecũdum quod eſt ridens in actu, ſed conuerſio eſt falſa ſecũdum quod inuenitur in potẽtia.

Et applica hoc, & eſt multum manifeſtũ & deus ſcit. Alfarabius autẽ reſpõdet de hoc quum dixit quod dicẽdo oẽ aĩal põt eſſe dormiens ĩtentio eius eſt quod omne animal põt eẽ dormiẽs ſecundum quod ipſũ eſt dormiens, quum hoc ſit ita aliqd dormiens ſecundum qđ dormiens poteſt eſſe aĩal, nã aĩalitas eius nõ ineſt ei ſecundũ quod eſt dormiens de neceſſitate. Et Auicenna reprobat hunc ſermonẽ, nã ipſe dicit quod ſermo dicentis in hac propoſitione, oẽ aĩal eſt dormiens ſeu dormit ſecundũ qđ ipſum eſt dormiens, hæc conditio de neceſſitate uel eſt ps prædicati, uel pars ſubiecti. Et ſi eſſet pars prædicati oportet̃ quod in conuerſione ſit pars ſubiecti, & cum poſuerimus hoc eſſe ptem ſubi eſſet hoc quod dicimus, oẽ aĩal in eo quod dormiens poſſibile eſt dormire, & hæc propõ poſſibilis ẽ alia a propoſitione ĩ qua non eſt hæc conditio & eſt illa in q̃ dicimus oẽ aĩal põt eſſe dormiẽs, & ſi conceſſerimus ei conuerſionẽ in illa propoſitione ĩ qua eſt hæc conditio nõ ſeqtur ex hoc ut conuertatur hæc in qua non eſt cõditio. Intẽtio autẽ eſt declaratio huius, & ſimiliter dicit quod ſi poneretur hæc conditio pars ſubi quod propoſitio tunc eſſet poſſibilis alia a poſſibili ĩ qua non eſt hæc cõditio & ſi nõ eſt ps prædicati neq; ſubi dixit qđ nõ uerificabitur ei hoc niſi eſſet declaratũ ei qđ nõ ẽ differẽtia ĩter duo ſignificata ĩ propõne, & ꝙ ſũt una propõ q̃ dicitur duobꝫ mõiſ, & nihil eſt cogens nos ad hoc, nã nos ſcimus, quod propoſitiones ſunt diuerſæ numero, nã una eſt abſoluta & reliqua cõditionata, dixit ergo qđ ueritas ẽ quã ille dicit & falſum illud qđ dicitur contra hoc, nos autẽ dicamus, quod quum dicimus oẽ aĩal eſt dormiens poſſibiliter ſecundum quod dormiens eſt ſermo uerus, & eſt illud quod ſignificat abſoluta, nã aĩal poteſt eſſe dormiens ſecundum qđ eſt dormiẽs, non ſecundũ quod eſt equus uel aſinus uel aliud ex differẽtiis ĩuentis dormiẽti, & quum hoc ſit ita hæc conditio eſt occulta ſeu ĩ potẽtia ſiue dicatur expreſſe ſiue nõ. et duæ propõnes ſunt una met. i. illa ĩ qua põitur hæc conditio, & illa in qua non ponitur hæc conditio. & quod hæc

conditio ſit pars prædicati, manifeſtũ eſt p ſe, nã aĩal non eſt poſ
ſibile, ꝙ ſit dormiẽs ſecundum ꝙ ipſum eſt dormiens in actu.
ſed ſi eſt, hoc eſt ĩ potentia, & quum hoc ſit ita. dormiens igitur
in eo quod eſt dormiens poſſibile eſt ut ſit animal. Sed acci-
dit ei ut ſit aĩal de neceſſitate ſeu neceſſario, q̃a dormiẽs in potẽ-
tia eſt aĩal de neceſſitate, hæc ergo propõ eſt neceſſaria per acci
dens poſſibilis per ſe. Et quũ dixerimus oẽ dormiẽs eſt aĩal, & in
tellexerimus ex ipſa oẽ dormiens ĩ potentia eſt neceſſaria per ſe.
Sed quũ intellexerimus ex illa oẽ dormiens in actu eſt neceſſa-
ria p accidẽs & poſſibilis per ſe, & q̃a hoc ꝙ dicimus, oẽ aĩal põt
dormire, intẽtio eius eſt quod põt eſſe dormiẽs in in actu nõ in
potẽtia. Si ĩtellexerimus per dormiẽs in potẽtia eẽt propoſitio
neceſſaria nõ poſſibilis & a neceſſitate oportet ut intelligatur ĩ
cõuerſione poſſibilis dormiẽs in actu & in cõuerſione neceſſa-
riæ dormiẽs ĩ potentia, & iſte ſermo eſt uerus & ẽ cõiũctus cum
ſolutiõe dubitatõis adductæ in cõuerſione neceſſariæ ad neceſ
ſariã & in cõuerſiõe poſſibilis ad poſſibilem, q̃uis Alpharabius
nõ declarauit hoc in ſolutione dubitationis adductæ in neceſ
ſaria. Et eſt ꝙ diximus nos in ſolutione dubitationis adductæ in
conuerſione neceſſariæ ad neceſſariam. Sed illud quod nos di
ximus in conuerſione poſſibilis ad poſſibilem eſt ſolutio ma-
gis manifeſta iſta, &, ideo dictum noſtrum de hoc eſt uerum, nã
multis uidetur difficile quod aliqua res ſit neceſſaria ſecundũ
unum modum poſſibilis ſecundum alium, nam neceſſarium
iam definitum eſt quod eſt illud quod inuenitur ſemper & poſ
ſibile eſt illud quod poteſt eſſe & nõ eſſe. poſſibilitas igitur quæ
eſt in conuerſione ſecundum ſolutionẽ Alpharabii de hac du-
bitatione diceretur æquiuoce cum poſſibili accepto in propo
ſitione ex quo homo poteſt eſſe dormiens & non dormiens,
non autem dormiens poteſt eſſe homo in aliqua hora & nõ ſit
in alia. Sed ſecundum ſolutionem noſtram, quæ eſt propter
conditionem priuationis ſomni in hoĩe, dormiens poteſt eſ-
ſe homo priuatus a ſomno. & poteſt non eſſe ſicut homo pri-

uatus a ſomno poteſt eſſe dormiens, & non eſſe, declarata eſt. igitur propter hoc differentia inter has duas ſolutiones dubitationis adductæ in propoſitione poſſibili. Sed dubitatio adducta in neceſſaria, ſolutio intelligitur ex illo quod dixit Alfarabius in poſſibili, de hac ergo dubitatione oportet facere ſermonem ſeparatum, quia dubitauit Auicuicena de hoc ſed reliquæ dubitatiões, quæ dictæ ſunt, ſunt leues, & iam perfectus eſt ſermo in ſolutione illarum, loqui autem de illo quod iam cóple tum eſt, eſt ſuperfluum.

Inquit Helias quãuis hæc reſponſio bona ſit & ualde ſubtilis, tamen credo quod reſponſio uera in hoc ſit q͂d propoſitionem neceſſariá in hoc intelligit Ariſtoteles propoſitioné cuius termini ſunt neceſſarii. ſ. ſubiectum & prædicatum iter quos terminos eſt habitudo neceſſaria. uel unus neceſſario remouetur ab alio. Et per inuentá cuius termini uel terminus eſt inuentus. ſ. de natura poſſibili, quæ iam exiuit in actu ſecundum doctriná Auerrois in quæſtionibus de miſtione. de ſpeciebus inuentaꝝ intelligendo autem ſic dictum Ariſtotelis, manifeſtum eſt, q͂d ſi una eſt neceſſaria etiã ſua conuerſa eſt neceſſaria, & ſi una eſt inuenta, etiam ſua conuerſa eſt inuenta. & huic multum bene eſt applicabilis probatio uniuerſalis, quam facit Ariſtoteles in hoc ſecũdum doctriná cométatoris, & per hoc ceſſant omnes cauillationes Auicénæ. ſicut. n. hæc eſt inuenta, aliquis homo ſcribit. ita hæc eſt inuenta aliquid ſcribens eſt homo, nam li. ſcribens. quãuis contineat in ſe terminum ſeu rem neceſſariam, tamé principaliter dicit actualiter ſcribere, & ideo eſt terminus inuentus, ſeu ſignificans naturam inuentam.

i Ntentio in hoc ſermone eſt inueſtigare quid ē dici de omni quod definiuit Ariſtoteles in pricipio ſui libri priorum, & poſuit ipſum fundamētum ꝑ quod cognoſcitur ſermo concludens a non concludente. nam expoſitores multū diuerſificati ſūt in hoc. poſtea inueſtigabimus etiā de propoſitionibus de eſſe, quas fecit Ariſtoteles in ſuo libro, quæ propoſitio ſit illa nā expoſitores multum diuerſificati ſunt, de hoc etiam. Item tertio inueſtigabimus de modis conuerſionū ſyllogiſmorum primorum, nam quidam hoīes in hoc contradixerunt ariſtoteli. īcepit & dixit in definitione dici de omni, ſed dicitur ꝙ res dicitur de omni cum non inuenitur in toto ſubiecto res, quæ non dicitur de ea hoc ſimiliter ꝙ nō dicitur de aliquo ex eo in propoſitione negatiua. Et non uult per hoc illud cui ſubiectū attribuitur ſeu quod denominatur per ſubiectum, ut putauit Alfarabius, ſecundum ꝙ declaratum fuit in ſermone noſtro. nā hæc ſignificatio eſt ſignificatio ſecūda, & illa ſignificatio ē ſignificatio prima & eſt ſignificatio prædicationis definitiōis de illo, ꝙ nomē ſignificat. nam definitio prædicati de eo, quod nomen definitum ſignificat ſignificatio prima non de eo, quod ſignificat ſignificatione ſecunda, & hoc eſt omne illud ꝙ ipſum ſignificat nomē definitum ſignificatiōe uniuerſali. ergo neceſſe eſt cū dicitur prædicatum de toto ſubiecto dici de oībus eius partibus & ſimiliter quū negatur a toto ſubiecto neceſſe ē ut negetur ab omnibus eius partibus, & ſi nō. nō eſſet negatū à toto. nam cū dicit de toto ſubiecto intendit partem, & debet intelligi ī hoc loco de parte, quæ eſt ſecundū quantitatē, & quæ eſt ſecundum qualitatem. ſ. ſpecies quæ ingrediuntur ſub genere. ſ. quas continet, & ſimiliter eſt de indiuiduis, in quibus diuiditur ſpecies, & quū hoc ſit ita, manifeſtum eſt ꝙ illud quod dicitur de oī ſeu dici de omni, continet duas propoſitiōes, unā earū in actu, & eſt uniuerſalis. ſcđa aūt in potētia, & ē particularis. & ideo dixit qđ nō fit ſyllogiſmus cōcludēs, niſi his duabus propoſitionibus ꝗ

rum habitudo unius ad alterã eſt habitudo totius ad ptẽ, & erit tãtũ dubitatio minor affirmatiua, & ſi nõ, nõ eẽt proportio ſeu habitudo eius ad maiorẽ habitudo totius ad partem, & maior ſine dubio erit uniuerſalis, ergo nõ eſt differẽtia iter dici de omni & inter propoſitõem uniuerſalẽ niſi qđ innuitur i maiori propoſitione eſſe minoris propoſitiõis affirmatiuæ conſiſtẽs in ea in potẽtia, ſeu dependet ab ea, & quũ hoc ſit, ita illud qđ dixit Alfarabius de intẽtione dici de oĩ nõ eſt uerũ, nec illud quod intellexit ex hoc ab Alexãdro, & ꝙ reliqui expoſitores antiqui. defecit ab eis intẽtio dici de oĩ, & iõ non conueniũt cũ Ariſtotele in hoc qđ dixit in modis cõuerſionum ſyllogiſmoꝝ iſtoꝝ. Et etiam illud quod dicit Alfarabius in intẽtione dici de omni ſ. ꝙ intelligitur ex eo intẽtio addita ſuper illud ꝙ intelligitur ex propoſitione uniuerſali, & ꝙ differẽtia inter hoc & propoſitionem uniuerſalẽ eſt qđ propõ uniuerſalis eſt illa in qua affirmatiue prædicatũ uel negatur ab oĩbus ptibus ſubiabſq; hoc ꝙ cõſideremus i hoc prædicationẽ prædicati đ toto eo ꝙ ẽ ſubi, uel igreditur ſub eo, ſed dici de oĩ intẽtio eius ẽ, ꝙ ſit prædicatũ affirmatum ſeu negatũ a quolibet qđ eſt ps ſubiecti, aut ꝙ denoĩatur per ſubiectum, ſeu cui attribuitur ſubiectũ uel in actu, ut intellexit ipſe ex Alexandro uel quodlibet qđ denomĩatur à ſubiecto ſeu per illud ſubiectum in potẽtia, & actu ſimul ut ipſe putauit, & dicit ꝙ per hãc conditionẽ ſunt ſyllogiſmoꝝ mixtoꝝ modi conuerſionũ eoꝝ ſequẽtes modũ maioris propoſitionis, & ꝙ per hãc conditionẽ ſunt ſyllogiſmi cõpoſiti ex accidentalibus cõcludentes tantũ, ꝙ putauit Alfarabius ꝙ iuenitur ſecũdum intentionẽ dici de oĩ ſyllogiſmus cõcludens ex duabus negatiuis, & ex negatiua minori & affirmatiua maiori, ut dicẽdo ꝙ nõ eſt aĩal, nõ eſt hõ, poſtea adiungatur huic ſtatua nõ eſt aĩal, concludit ꝙ ſtatua nõ eſt hõ, & ẽt illud qđ nõ eſt aĩal eſt nõ ſentiẽs, ſtatua nõ ẽ aĩal. Et ſi hoc eſſet, ita ipſe eſt qui augumẽtauit dubitationẽ ſupra Ariſtotelem. ſ. quare ipſe dixit ꝙ nõ concluditur ex duabus negatiuis i aliq̃ figura, & q̃re poſuit ꝙ oportet mino-

tē propoſitionē eſſe affirmatiuā, in prima figura. Sed quū conſiderauim9 i hoc cōſideratōe uera uideretur, ꝙ illud qđ putauit alfarabius de itētiōe dici de oī ē de itētiōe ſeu diſpōe dici de oī, quod ē cōtradicto ī cōcludendo ſyllogiſmi p ſe, abſque hoc ꝙ adiungatur ad propoſitiones acceptas in ipſo aliud præter ipſas. nam quū dicimus. a. eſt i oi. b. eſt una propoſitio prædicatiua ſeu categorica i q̄ cōſiſtunt propoſitiōes pticulares categoricæ multæ affirmatiuæ. & cū adiūcta fuerit una eaꝝ ad hāc propōnē cōcluditur ex ſermōe ex his aggregato prio & p ſe ꝯuerſio abſq; indigētia, ꝙ ſit additū in ipſo, nec i ſermone, nec in ſigno res addita ad hoc ꝙ ſit cōcludēs. Sed dicendo omne quod eſt. b. eſt. a. eſt una propoſitio cōditionalis, & ipſa uero eſt compoſita ex duabus categoricis. Erit ergo iſte ſermo cōpoſitus ex tribus propoſitionibus, & iam declaratū eſt ꝙ ſyllogiſmus categoricus eſt compoſitus ex duabus propoſitionibus tantum. Et iā apparet ibi differentia inter hoc, & in ſyllogiſmū categoricū, nā ſyllogiſmus categoricus concluditur in ipſo prædicatio maioris extremitatis ſuper minorem, uel negatio eius ab ipſa, propterea quia ipſa affirmatur de medio, uel negatur ab ipſo. Sed quū tu dicis omne quod eſt. b. eſt. a. & poſuiſti. ꝙ aliqđ ex eis eſt. b. ſequitur ꝙ hoc ſit. a. abſq; hoc ꝙ accipiatur prædicatio. a. quod eſt maior extremitas de. b. quod eſt mediū, & hoc eſt oppoſitū illius qđ iuenitur ī ſyllogiſmo, ex quo ꝯcluditur cōcluſio pſe ex duabus propōnibus maiori & minori. i. qđ ī ipſo cōcluditur eē maioris extremitatis ī minori pp illius eē ī medio. & ex hoc errauit Auic. & putauit qđ hi ex ſyllogiſmi alii a ſyllogiſmis categoricis & hypotheticis ſeu cōditiōalibus & uocauit eos cōpoſitiuos ſeu cōpōnes & poſuit nūeꝝ eoꝝ ſcđm numeꝝ categoricoꝝ uel prope, nā ipſe cōſiderauit propōnes categoricas & extraxit eas ſecūdū modū cōditionaliū & cōpoſuit ex eis ſermones cōpōne triū figuraꝝ, & imiſcuit ēt categoricas i hoc. ſ. cū cōditiōalibus & cōpoſuit illa met cōpōne & putauit ipſe & ſequētes ipſū qđ adiūxit ſuper Ariſtotelis ſpecies multas ſyllogiſmorum. & iſtos

ſyllogiſmos non inuenit Auicẽna. ſed iueniũtur a quibuſdam
philoſophantibus ex chriſtianis non alicui ex peripateticis ter
minis poſſibilibus. Sed neceſſarii propinqui ſunt abſolute.
ñam ipſi ex uno modo in ordine terminorum qui ſunt in pro-
poſitionibus neceſſariis & abſolutis ſiue fuerit ſyllogiſmus ſiue
nõ. & differẽtia inter eas eſt. ꝙ in neceſſariis additur nomen ne-
ceſſarii ſuper terminos. ſed abſolutæ ſeu inuẽtæ dicũtur ſine ad
ditione. Et reſpõſio ſeu reductio negatiuarum cũ propoſitio-
nibus neceſſariis eſt. ſicut reſpõſio earum in negatiuis abſolutis
& una definitione definitur ĩ eis dici de omni & de nullo. Hæc
eſt magnitudo ſermonis Ariſtotelis de differẽtia inter has tres
propoſitiões & dicamus nos. ꝙ quia uocauit ipſam abſolutam
putatur ꝙ magis apparet ex hoc ꝙ ſermo dicẽtis. ꝙ ipſe uult ꝑ
abſolutam ſeu iuentam illud ꝙ continet tres modos ex modis
eſſendi uel duos modos tãtum. ſ. ꝙ cõtinet neceſſarium & iuẽ-
tum in actu. Sed Alexãder ut finxit uel intellexit ex ipſo Alfara
bius dicit ꝙ uoluit per abſolutam hic abſolutum ĩ dictione. &
nõ in ſigno ut dicit Alfarabius poſuit defectum modi ſignifica
re ſuper modum. & forte hoc fuit famoſum in idiomatibus eo
rum ſecũdum ꝙ uidetur ex uerbis ꝙ intẽtio ſua hæc eſt in diui
dendo propoſitiões ad has tres partes eſt ſecũdũ diuiſionẽ na-
turæ earum ad has tres partes nõ ꝙ ſint quædam earum ſecũdum
conſiderationem & cogitationem. ſ. ſecũdum ꝙ iuenitur ĩ ani-
ma. & ideo dixit ꝙ multæ res inueniũtur ĩ eſſe. ſeu in modo ſine
neceſſitate. & uidetur ex hoc q; ipſe uoluit per iuentam illam q̃
eſt determinari poſſibilis & ideo dicit Alexãder. ꝙ ipſe uoluit
in hoc propoſitiões uniuerſales determinatas in eſſe ĩ aliqua ho
ra ſicut dicẽdo. oĩs homo inuenitur nũc ambulãs. nam nõ inue
niũtur hic uniuerſales propoſitiões inuẽtæ de natura poſſibilis
niſi iſtæ propoſitões. Et poſtquã narrauit. ꝙ nõ ſũt hic propoſi
tiones uniuerſales inuẽtæ niſi hæc ſpecies propoſitionum de-
clarauit. quare uocat eas abſolutas declaratione quæ præceſſit.
Ipſe enim putauit quod oẽ inuẽtum uel eſt ut in plurimũ. uel

i paucioribꝰ uel æqualiter & qđlibet iſtoꝝ uidetur de diſpóne eorum, quod non inueniuntur in eis propoſitiones uniuerſa-les inuentæ, qđ quū dicimus omne tale iuenitur ſic, non eſt dubium quod dicitur hoc uel ut in pluribus uel æqualiter uel in paucioribus & hoc uel ſecūdum ſubiecta uel ſecúdum tēpus. omne eni tale numeratur cū inuentis coarctatis nó cum uniuerſalibus inuentis. Sed ipſe hic loquitur de uniuerſalibus íuentis. Nos aūt dicamus ꝙ illi qui præterierūt nó intellexerunt quid uoluit per propoſitiones inuentas. Et ſūt illæ in quibus affirmatur prædicatum de ſubiecto ſemper in materia poſſibili omnino in materia neceſſaria.i. quæ eſt neceſſe eſſe, & hoc eſt quod dicit qđ termini eorum non ſunt iidem met. Sed ſyllogiſmus neceſſarius eſt ex terminis neceſſariis & inuentus ex terminis inuentis ſeu abſolutis & poſſibilis ex terminis poſſibilibus, nam propoſitio neceſſaria eſt illa in qua inuenitur ſubiectum ī prædicato de neceſſitate in quolibet tempore, & cauſa in hoc eſt quod duo termini non uariantur ita quod ſint in una hora ſecundum unam diſpoſitionem, & in alia ſecundum aliam, & qa hæc eſt diſpoſitio propoſitionis neceſſariæ, & in eo quod ipſa eſt neceſſaria, neceſſe eſt ut ſit definitio propoſitionum inuentarum abſolutarum, quod ſunt illæ. quibus inuenitur prædicatum in ſubiecto, non ſemper ſed quum inuenitur illud ſubiectum inuenitur illud prædicatum non ſemper, ſed quum inuenitur tantum, & hæc eſt intentio abſolutionis in eis & hoc inuenitur in eis, uel in tempore ſenſibili, & hoc putauit Alexander. quod eſt inuenta quam ſic uoluit Ariſtoteles tantum, uel ꝙ ſit affirmatio ſeu neceſſitas in eis inter prædicatum & ſubiectum ſemper dū ponitur ꝙ ſubm̄ in ipſa íuenitur, ut dicendo. omne ambulās mouetur, ná cū ponitur ambulās oportet ꝙ moueatur ſed nó ſemper.ſ. in toto tempore eſt prædicatio neceſſaria. nam iá uariatū eſt & eſt ambulās in potentia, & hæ propōnes íuentæ ſūt q̄ fiūt in ſyllogiſmis, ſed pria ſpēs mixte nó fiūt ex eis ſyllogiſmi in arte demóſtratiua, nec concludít cū propónibus poſſibi

libus aliquid, ut hoc apparet ex uerbis Ariſtotelis ſuper hoc, ubi loquitur de miſtione neceſſariarum cũ poſſibilibus & inuẽtis ut dicemus, quũ dicemus uerba eius met, quãdo declarabimus illud, q dicit in hac miſtione, & ſignificat p hoc ſignificatiõe manifeſta, nã Ariſtoteles declarat. q quũ ſint hic duæ res cõſequẽtes ſi pria iuenitur, ſcda iuenietur, & ſi pria ẽ neceſſaria, ſcda ẽ neceſſaria, & ſi eſt poſſibilis, ſecũda ẽ poſſibilis, & hæc eſt diſpõ propõnum neceſſariarum & abſolutarum, & ideo propoſitio cõditionalis cõtinua eſt de natura inuẽtæ. Et q fecit hões errare eſt, q ipſi putauerunt, q tales propõnes ſũt neceſſariæ quia prædicatũ in eis de neceſſitate ineſt ſubiecto in quolibet tẽpore, in quo inuenitur ſubiectũ, & ipſi nõ cõſiderãt q quãuis hæc affirmatio ſit neceſſaria nõ inuenitur ſemp, & hæc eſt intẽtio ſermonis Ariſtotelis ubi dicit, & differẽtia inter has duas eſt, q neceſſariæ additur in eis nomẽ neceſſitatis ſuper terminos, ſed abſoluta ſunt ĩ ea termini ſine aliqua additione. & quũ (q magis mirum eſt) in hac quæſtione eſt quomodo defecerũt ab ea omnes peripatetici. quorum uerba peruenerũt ad nos in his propoſitiõibus, quũ hoc. q intentio eſt clara ex uerbis Ariſtotelis in tãtum, q fuerũt cauſa occultari hoc nobis & habere dubitationes, quas dubitauerũt ſup ipſũ. Et ex hoc nõ cõtigit, q primũ in iſtis ſit cã ambiguitatis in poſterioribꝰ nõ ſenſibilis, & nõ cauſa in correctiõis eius, Sed hoc per accidẽs. & diſpoſitio prioris reſpectu poſterioris eſt, q ſit cauſa ad inueniẽdum ueritatem & cognoſcẽdũ ipſam.

## Capitulum tertium:

P. Oſtquam declaratum eſt, quod eſt dici de omni & quæ ſunt propoſitiones inuẽtæ & neceſſariæ. debemus inueſtigare in hoc, quod dicit Ariſtoteles in miſtione harum propoſitionum. inquit. & iam accidit. ut ſit concluſio neceſſaria aliquando, quum fuerit una duarum propoſitionum neceſſaria, niſi quod non, quæcunq; earum acciderit ita eſſe, ſed maiore, ſicut dicẽdo, qđ

.a. eſt de neceſſitate in.b.uel non eſt.b.eſt i.c. & quum acceptæ fuerint ſic propoſitiones erit .a. de neceſſitate in.c.uel non eſt in ipſo, quum nãque.a.de neceſſitate ſit in omni.b.uel non eſt in aliquid eius, & c.eſt de.b.manifeſtum, quod.a.dicitur de neceſſitate de omni.c.uel non dicitur.

Commentum.

Debes ſcire, quod propoſitiones inuentæ ſunt illæ quæ ſũt ex terminis inuentis poſſibilibus, neceſſariæ autem ex terminis neceſſariis, & diſpoſitio ſeu intentio terminorum neceſſariorũ eſt quod ſit terminuſ per ſe unus, & iſtæ ſũt quæ ſunt compoſite ex ſubiecto & ex prædicato eſſẽtiali ſubiecto. uel ſubiectum eſt accidens inſeparabile neceſſarium ſubiecto ſeu conſequẽs ſubiectum. ſed quæ ſunt ex terminis inuentis ſunt illæ quæ ſunt compoſitæ ex diſpoſitionibus, quæ aliquando inueniuntur diſpoſito per eas, aliquando autem non, ſed quum iuenitur quædam earum diſpoſitionum in ſubiecto, oportet quod ſit quædam diſpoſitio conſequens ipſum de neceſſitate, & illud ẽ prædicatum. ut quum dicimus, omne ambulãs mouetur, quũ.n. inuenitur ambulans in actu, oportet de neceſſitate ut moueatur, & quum remouetur ab ipſo ambulatio remouetur motus. iſtæ ſunt propoſitiones inuentæ ſimplices quæ ſunt non in tempore, ſenſibili, & iſtæ ſunt de quibus inuenit primo loqui in hoc libro, & ſubiectum in eis eſt unum per accidens, & ſimiliter prædicatum. Eſt autem alia ſpecies propoſitionum quæ aliquo modo eſt inuenta, aliquo autem neceſſaria. & eſt ut ſit ſubiectum compoſitum ex ſubſtantia & diſpoſitione diuerſa & affirmatur in ea prædicatum compoſitum ex ſubiecto diſpoſitionis & diſpoſitione eſſentiali ei, & erit ſubiectum in eis unum per accidens, & prædicatum unum per ſe, ut dicendo, omne ambulans eſt animal, & hæc eſt inuẽta propter diſpoſitionem ſubiecti, neceſſaria propter ſubiectum diſpoſitionis & ambulans quum inuenitur ſignificat ſupaĩal ſignificãdo nõ ſemp, ſed ĩ hora ĩ qua inuenitur ei ambulatio. ſubiectum autem ambulationis affirmat

ſio in talibus negatiua ſyllogiſmus eſt neceſſarius,ut dicendo,ſi
propheta eſt in quo inuenitur prouidētia meſulaman nō ē pro
pheta. Et cū affirmatiua fuerit ĩ ipſo,cōuertibilis eſt ſyllogiſmuſ.
et eſt ille de quo habetur ſollicitudo eſt propheta,ꝗuis conclu
ſio ſit affirmatiua,& non eſt remotum ut inneniatur de his ſpe-
ciebus illud in quo continuatio ſeu conſecutio in ipſo ſit nota
per ſe uel ignota indigens ſyllogiſmo, per quem perficiuntur
omnes partes & iſti conditōales ſūt enumerati ĩ ſimplicibus. Et
iā iuenitur illđ cuius uirtus ē uirtus propōnis cōditioalis,ut dicē
do,ſi ſit nullus hō lapis nullus lapis ē hō,& ē ꝯuerſa negatiuæ,&
uniuerſaliter hoc genus ingreditur in ipſo conuerſiōe propoſi
tionum. Iam igitur declaratum eſt ex hoc, quod non eſt ex his
ſpeciebus niſi quod non poſſibiles ſunt in ipſo duæ intentio-
nes ſimul niſi ſpecies quæ non communicantur eius propoſi-
tiones in aliquo terminorum omnino. Sed conditionales diui
ſæ apparēt de diſpoſitiōe earum,ꝙ ipſæ non reſoluūtur ad du-

ās propoſitiones & tres terminos, omnes igitur iſti ſunt ſyllogiſmi conditionales ueri. Sed quod hæc ſpecies quæ non reſoluitur nō ingreditur ſub definitione ſyllogiſmi abſoluti. Manifeſtum eſt quia ſyllogiſmus reſoluitur ad duas propoſitōes, & iſte reſoluitur ad unam propoſitionem uel ad duas nō communicantes in uno termino. Et ſecundū ueritatem iſte nō reſoluitur in duas propoſitiones, nam ſecū da eſt ipſa cōcluſio, qui igitur utitur huiuſmodi ſyllogiſmis, ponit unam propoſitionē in ſuo ſyllogiſmo. & illud quod ſequitur ex ipſa & cōcludit hoc idem met quod ſequitur. nā ipſe ponit illud qđ ſequitur prīo, & poſtea pōit ſcđm propōnē ex qua ſeqtur illud qđ ſeqtur unā propoſitionem. In iſto igitur ſermone nō ſequitur ex ipſo aliquod niſi ꝙ ſecūdum quod præſupponitur in ipſo conſecutio & eſt in contrario diſpoſitionis ſyllogiſmi categorici, nam cōſecutio in ipſo eſt poſt ſyllogiſmū non id quod ponitur in ſyllogiſmo. & ideo dicit Ariſto. ꝙ ſyllogiſmi conditionales ſūt magiſ proprie in libro topicoꝝ & uocat eos poſitiuos, nā in eis ponitur conſecutiomet. & ſi tales eſſent ſyllogiſmi enumeraretur qđlibet. ex quo aliquid ſequitur ſyllogiſmus. & iam dictum eſt quod nō oē quod ſequitur ſeqtur p uiam ſyllogiſticam & ſi hoc eſſet ita, conuerſio propoſitionis quæ conuertitur eſſet ſyllogiſmus, & eſſet neceſſarium ut ſit ſyllogiſmus ex una propoſitione ut quādo dicimus ſol aſcendit, ergo dies eſt. & hoc maxime declarabitur, quum erit declaratum de diſpoſitione horum ſyllogiſmorum. quod ipſi non concludunt quæſitum primum. & hoc apparet ex hoc quod dicam, nam operatio ſyllogiſmi in eo quod ſyllogiſmus eſt ut cognoſcatur per ipſum ignotum naturaliter & illa quæ ſunt nota naturaliter in ſyllogiſmis ſunt propoſitiōes & ignotum naturaliter eſt concluſio, ſequitur de neceſſitate, ut congregentur in animo unius hoīſmet cognitio in propoſitionibus, & ignorātia in concluſione, & ſi non concluſiōes eſſent ex primis notis, & non eſſet illic ignotum primū naturaliter. & quum hoc ſit ita, manifeſtum eſt de diſpoſitione ſyllogiſmi,

ut declarauit hoc Ariſtoteles in libro priorum. quod iam eſt poſſibile nos habere de eodē ſimul ignorantiam in conuerſione, & ſcientiam ſeu cognitionem in propoſitionibus, & hoc ſecundum ꝙ inuenitur cognitio de eis non ordinata ordine ex quo ſequitur conuerſio, ſed cum fuerint propoſitiones apud nos notæ, & notæ ꝙ habent ordinem, & illa figura fuerit per ſe nota, concludere impoſſibile eſt in anima unius hominis, tunc ſimul cognitio in propoſitionibus, & ignorantia in conuerſione. ſyllogiſmus igitur mãifeſta eſt eius diſpoſitio ex hoc modo ꝙ ipſe ex quo ducimur ex notis naturaliter ad ignotum naturaliter, ſed iſti ſyllogiſmi conditionales. ſ. ueri quibus non reſoluitur antecedens in eis ad duas propõnes, ſed unã ad propoſitionem iam apparet de diſpoſitiõe eoꝝ quod ĩpoſſibile eſt, ut ſit ſyllogiſmus in eis notus naturalitet, & concluſio ignota naturaliter, nã id quod ponitur ſeu ſupponitur in ipſis eſt cõſecutõ & una propoſitio ex qua eſt conſecutio, & ſimiliter remotio, ſeu cõtradictio, & propoſitio ex qua ẽ ſeu fit remotio. Et mãifeſtũ eſt ꝙ cum fuerit apud nos propoſitio nota naturaliter, & illud etiam quod ſeqtur ex ipſa ſit etiã notum naturaliter ꝙ ipoſſibile eſt congregari in anima cũ hoc cognitio & ignorãtia i cõſequẽte. nã conſequens eſt de relatiuis. Exemplum hic, ſi aſcenſio ſolis eẽt per ſe nota & ꝙ dies conſequitur, & ꝙ dies conſeqtur ex aſcenſione eius, ſit ẽt per notũ per ſe eſſe diei apud nos. erit ſine dubio notum per ſe. Ex quo impoſſibile eſt ꝙ ſit eſſe diei ignotum apud nos. nam cũ conſecutio ſit nota, & unam duoꝝ conſequẽtium notum cõſequẽs aliud erit notum. nã duo cõſequẽtia ſunt de relatiuis. Et ſimiliter ſi apud nos ſit hæc conſecutio, nota erunt cauſæ aſcẽſionis ſolis etiam per ſe notæ, quamuis nõ ſit remotum in multis rebus quod unum duorum cõſequutorum ſit notius reliquo. ſed iſte exceſſus, qui eſt inter hæc duo in cognitione non eſt tanta, ut ſit unum eorum magis notum. & reliquum ignotum naturaliter, ſicut accidit hoc in ſyllogiſmo categorico inter propoſitionem, & conuerſionem, ſed

modus declarationis huiuſmodi eſt modus declarationis uniueiſalis per particularia ſeu particulares, & totius per partes, & per hunc modum declarationis, & ueniunt nobis multā prima cognita, ſicut cognitio in diſpoſitione aīæ, & naturæ. nā nobis iam uerificatum eſt apud nos eſſe iſtorum per operationes iſtorum, ex quo ipſæ ſunt magis notæ apud nos illis. & per hūc modum peruenimus ad cognoſcendum. ꝙ multæ res non habēt aīam ex quo non inueniuntur in eis operationes aīæ, & diſpoſitio in conditionali diuiſa eſt ſcđm hanc diſpoſitionem, & illud ex quo declaratum eſt perfecte eſt ꝙ īpoſſibile eſt declarari q̄ſitum ignotum per unā propoſitionem, quāuisꝙ ſequitur ex ipſo ſit per ſe notum. nā ſermo in declaratiōe huius eſt in libro priorum. Et cum hoc ſit ita māifeſtum eſt, quod ſyllogiſmus categoricus uniuerſaliter eſt ipſe qui cōponitur ex duabus propoſitionibus in actu abſq; hoc, quod ſint in potentia una propoſitio ꝑ ſe nota. nā cum fuerit uirtus duaꝝ propoſitionum, quæ ſunt in ipſo. uirtus unius propoſitionis notæ non declaratur per ipſum oīno quæſitum ignotum. Et ſi uirtus iſtoꝝ eſt plus iſto, eſt ſyllogiſmus in quo eſt una duarum manifeſte poſita propoſitionū, & concluſio. Et manifeſtum eſt ex hoc, quod diximus quod īpoſſibile eſt declarari per hāc ſpeciem ſyllogiſmi quæſitū ignōtum primū nec quæſitum ignotum non primum. niſi cum declarabitur per ſyllogiſmum categoricum illud, quod replicatur in hac ſpecie ſyllogiſmi, & continuationē ſeu conſecutionē in ſyllogiſmo continuo, uel diuiſionem in ſyllogiſmo diuiſo. ſ. quod ſit poſſibile fieri in inuentiōe quarundā rerum per ſe notatum per paucitatem manifeſtationis eoꝝ, & ſecundum modum, quo fit inductio, & diuiſio & exemplificat in eis, hoc ē manifeſtum in ſe. Et Ariſtoteles multotiens fecit hoc, & quæſitū ſecundum quod declaratur per hunc ſyllogiſmum non eſt declaratum uere. nam & quæſitum ſecundū, quod declatur ꝑ hūc ſyllogiſmum nō eſt ſecundum quæſitum uere. ſecundum q̄đ concluditur a primo, eſt alius a primis propoſitionibus, i. quod

primum erit notum apud aliquē unum eundem hominem, & ſecundum ignotum, ſed hoc īpoſſibile eſt, ut ſint propoſitōes notæ & quæſitum primum ignotū. Et oē quæſitum uel eſt primum uel poſt primū, & cum ſit ſyllogiſmus conditionalis ī aliquo quæſito, iā fit ſignificatio categorica, & conditionalis in illo in cuius natura eſt declarata per categoricū tantū unum uel plus uno, & cum hō ſit. ita factio ſyllogiſmi conditionalis ī demonſtratione accidit ei defectus talis qualis accidit illi q declarauit illud cuius natura eſt declarari per unum ſyllogiſmum per duos ſyllogiſmos uel plures. ſ. ꝙ utens hoc accidit ei uti ī demōſtratione, et ſuperflua, & ꝑpea proiecit illud Ariſtoteles, & non poſuit illud in libro prioꝝ. Ex quo fuit intentio eius prima in libro priorum dicere ſyllogiſmos qui iuuāt in demonſtratione. Declaratum eſt igitur ex hoc ſermone ſpecies ſyllogiſmorum ueroꝝ, & quod iſti non ſunt ſyllogiſmi niſi æquoce, & māifeſtauimus id quod dixit Ariſtoteles ꝙ ipſi non declaratur in eis q̄ſitum, & quod ipſi ſūt proprii in li. topicoꝝ. Et expoſitores cōueniunt in hoc quod declarauerunt dicta eoꝝ in reſponſione cur dimiſit ſyllogiſmos conditionales ī libro prioꝝ, & dixerūt quod non concluditur per ipſos primum quæſitum, & quod ipſi ſunt proprii in topicis. Et uidetur quod ipſi non cognouerunt hanc diſpoſitionē a diſpoſitione conditionalium uerorū. & nos īuenimus Alpharabiū dicere in libro poſterioꝝ. Et illud quod componitur ex demonſtrationibus per cōditionale habitudo partium eoꝝ ſunt habitudo illius, quod componitur ex eis in categoricis, & cauſæ in conditionalibus illud quod replicatur ex propoſitionibus eius, & iſti non ſunt conditionales ueri, ſed ſunt conditionales æquiuoce, & ideo cum non diſtinguitur intētio in eis nō ſeparatur ab hac difficultate. Sed Themiſtius iam nos inuenimus ipſum ſequi ſapientē in hoc cōſecutione abſq; hoc quod dubitat ſup ipſū, niſi in ipſo in quo non ē facile dubitare. ſed Alpharabius nos inuenimus ipſum tenere ī hoc quod nota conditionalis determinat per ſe dubitationem

in id quod replicatur, & hoc ualde manifeſtum eſt in dictione ſi, & aliis qbuſdã in dictionibus in arabico. in quibuſdã aũt hoc non eſt manifeſtum in eis.

Inquit & cum fuerint ſyllogiſmi conditionales nõ adiuuãt per ſe, ita ꝙ in eis ſit aliquid notum, niſi continuatio ſeu conſecutio in ſyllogiſmos continuos ſeu cõiunctos, uel contraditio ĩ ſyllogiſmos diuiſos, igitur quicũq; ſermo qui exit exitu conditõnalis, & illud quod replicatur in ipſo eſt notum per ſe, & coniũctio, & contradictio ſeu diuiſio eſt notum per ſe illa propoſitio quæ exit exitu ſyllogiſmi conditionalis eſt, nota per ſe. Et hoc ꝙ dixit uerum eſt, ſed oportet diſtinguere hanc minorem ſeu diſpoſitionem de hoc in omnibus ſermonibus qui exeũt ſeu deducuntur exitu conditionali. nam quidam eſt ſermonibus qui exeunt exitu cõditionali, & ipſi uere ſunt ſyllogiſmi categorici & quidã, qui exeũt exitu cõditionali, & ipſi uere ſunt notæ propoſitões pſe, quidam autem eorum exeunt exitu cõditionalis, & ipſi uere currunt curſu declarationũ, quæ fiunt in rebus, quæ ſunt minus occultæ ignotæ naturaliter, ſicut ſpecies declarationis, quæ uocatur inductio, & quæ uocatur diuiſio. Et ex eis ſunt ſermones, qui exeunt exitu conditionali, & ipſi ſunt ueræ ſyllogiſmi conditionales, & ſunt illic in quibus id quod iteratur ſeu replicatur eſt ignotum, ſequitur conſecutio ſeu continuatio, & ſequitur Alpharabium ſecundũ hunc ſuũ ſermonem quod nõ ſit ſyllogiſmus conditionalis ille, in quo id quod iteratur, ſit p ſe notum, & continuatio per ſyllogiſmũ. Et iam declarauimus quod eſt conditionalis uerus ex quo non fuit quæſitum, ignotum. ſed notũ primum. Sed Auicenna ipſe conuenit in hac intentione, ſed ipſe noluit hanc declarationem, Alpharabii, & tenuit ipſe in hoc quod quum fuerit continuatio, uerbi gratia. ſeu conſecutio per ſe nota. & quod iteratur ſit per ſe notum, tunc in ſyllogiſmis continuis in quibus faciliter cogitat id quod iteratur, non oportet iterum reiterare ipſum reiteratio,

igitur continetur a ſignificatione continuationis cum reiteratum fuerit per ſe notum, & econtrario huius, cum non fuerit per ſe notum. Et ſi uoluit quod ſignificatum intentionis. ſeu continuationis conditionalis dat ſignificatum reiteratæ. prima ſignificatione, & per ſe hoc eſt error. nã eẽ natura cõditionalis, eſt alia a diſpoſitione ſignificationis ineſſe rei in qua accidit cõtinuatio. Et ſi uoluit, ꝙ cum cognoſcitur continuatio in intellectu in actu cognoſcitur reiteratio etiã in ipſo in actu ſecundum modum conſecutionis, tunc continuatio apud ipſum erit magis nota, quam eſſe rei, cui ineſt continuatio. & eſſe rei cui ineſt continuatio magis nota eſſe continuati. Et ſecundum hoc relatio eſſet nota eſſe duorum relatiuorum, & hoc eſt abſurdum, & remotum, & etiã ſi poſuerimus quod per hoc, quod cõtinuatio ſit per ſe notior. dat per ſe eſſe continuati in ipſo per ſe notũ ſequeretur ex hoc, ut non ſit continuatio nota per ſe in aliquo loco, & id quod iteratur ignotum eſſe. id eſt cui inuenitur cõtinuatio. Et ſi putauit ꝙ continuatio facit hoc, quum fuerit id qđ iteratur per ſe notum, & ideo dat ipſum. i. iteratũ p accidẽs, tũc hoc non eſſet reſ, quæ debet poni rõ in hoc ꝙ cum fuerit eẽ reiterati, & conſecutio ſeu continuatio eſt per ſe nota. ꝙ ipſe nõ ẽ ſyllogiſmus. Hoc igitur totum eſt ſermo ſophiſticus. Et ꝙ dixit Alpharabius eſt melius. ſed indiget diſtinctione quã poſuimus, & Auic. quia putauit de hac declaratione, iam ẽ poſſibile apud ipſum, ut ſit res cuius eſſe ſit notũ, & coniunctio eius cum alia re ẽt ſit nota, & coiunctũ ſeu continuatũ ſit ignotum, & hoc eſt in fine abominationis, nam cum quæritur unũ coniunctoꝝ ſeu contiuatoꝝ notũ. reliquũ ẽ notũ, ex quo hæc ambo ſũt de relatiuis, ſed ipſe in hoc fecit ſyllogiſmum falſificum, ſeu ſophiſticum. nam ipſe dicit, ſi eſſet oẽ coniunctum in re notũ eſſe, & nota continuationis mãifeſta per ſe, non eſſet hic, aliqd ignotũ naturaliter. Ipſe. n. putauit ꝙ hæc eſt diſpoſitio ſyllogiſmi categorici cum conuerſione, & maxime in prima figura. nam propoſitiones eius ſunt per ſe notæ. Et conſecutio ſeu continuatio

cócluſionis, & cócluſio eſt ignota, & nos dicamus ei uerũ ẽ qđ
propoſitiones ſunt notæ per ſe, & cócluſio ignota, ſed hoc eſt
quum nó ſit cognita ſeu cogitata cótinuatio ſeu cóſecutio í eis
Sed quũ fuerit cogitata cóſecutio ípoſſibile eſt ut ſit cócluſio
ignota. Et hoc in hora in qua cóponimus propoſitiones cópo
ſitione ſyllogiſtica, & differentia inter iſta eſt ꝙ continuatio ſeu
cóſecutio in ſyllogiſmo categorico eſt opatio ſyllogiſmi cate-
gorici & concludẽtis ex propoſitionibus naturaliter notis. ipſa
igitur & cócluſio ſunt in uno gradu ignorãtiæ in ipſis. In ſyllogiſ
mo aũt conditionali hoc eſt unũ, ꝙ ſuper in ipſo tanq̃ propoſi
tio, & ió oportet ꝙ ſit cócluſio per ſe nota, quum fuerit conti-
nuatio & res cui ineſt cótinuatio nota per ſe, & iſti errores fece
runt ipſum errare. Vel error eius fuit quum dixit & cótinuatio
ſeu cóſecutio in propoſitionibus per ſe nota ipſa accepit hunc
ſermoné abſolute & nó eſt abſolutus, nam cótinuatio in propo
ſitionibus & cóſecutio eius ex ipſis eſt per ſe notum ex propo-
ſitionibus nó notum per ſe abſolute, & hoc etiã in prima figura.
Sed cótinuatio in conditionalibus eſt per ſe nota abſolute, &
maior pars libri tertii intitulati, alſaſa eſt compoſitus ex talibus
obliquis ſermonibus in logicalibus. Et in non logicalibus. Sed
oportet fugere. ſuos libros uolés ícipere in his artibus, nam ipſi
magis faciũt homines mirari & declinare a uia recta quam ipſũ
corrigere & dirigere ad ueritatem. Et poſtquam declaratum eſt
hoc de propoſitionibus conditionalibus. ſ. quod de eis, quæ-
dam ſunt ſimplices & ſunt illæ quarum uirtus nó eſt uirtus cate-
goricarum, & quædam nó ſimplices & ſunt illæ, quarꝫ uirtus eſt
uirtus ſyllogiſmi categorici propinquũ ſeu facile eſt intelligere,
ꝙ illæ quod uidetur Auicénæ ꝙ hæc ſit tertia ſpecies ſyllogiſ-
morum, alia a categoricis & códitionalibus eſt ſermo nó uerus,
nam ipſe dicit ꝙ ſyllogiſmi compoſitiui ſunt duarꝫ ſpecierꝫ ca
tegorici & conditionalis habentes reiterationem, & categorici
ſunt qui componuntur ex propoſitionibus categoricis & con
cludunt quæſita ſeu concluſiones categoricas, & códitionales

eſt qui componitur ex propoſitionibus conditionalibus, & cõcludit quæſita conditionalia, & quod iſti duo ſyllogiſmi differant ſpecie. nam id quod concludit unus eſt aliud ab eo quod concluditur ab alio. Sicut enim quæritur in ſcientiis, quæſita categorica ita quæruntur in eis quæſita conditionalia, & reducuntur ad ſpecies ſyllogiſmorum primorum quæ componuntur ex propoſitionibus categoricis. Id eſt quod ſicut iſti ſunt in figura categorica, tres ita figuræ conditionales quas quum fuerit cõſequens in prima propõne conditionali antecedens in ſecunda erit in hac propoſitione figura prima. Et ſi fuerit conſequẽs in prima conſequens in ſecunda erit in ſecunda figura. & ſi antecedens in prima antecedẽs in ſecũda erit in figura tertia, & uidetur ei quod ſpecies generũ accidentium in qualibet figura ex his figuris eſt ex numero propoſitionum ex quibus componũtur ex quantitate & ex qualitate ſicut eſt diſpoſitio in ſpeciebus generum quæ acciduut in figura categorica, & ſimiliter dicit. ꝙ ex propoſitionibus conditionalibus ſunt affirmatiuæ & negatiuæ, & uniuerſales & particulares, & addit ſpecies huius compoſitionis ſuper ſpecies categorici. nam ipſi componuntur ex propoſitionibus categoricis tantum, & categorici non diuiduntur in ſpecie ſed conditionales. quia ſunt multarum ſpecierum, ſequitur ut multiplicentur ſpecies quæ ſunt in his figuris, quum propoſitiones conditionales ſũt ſpecies. quædam enim earum componuntur ex duabus continuis, & ex duabus contradictoriis & ex contradictoria & continua, quamuis uidet quod conuerſiue non imaginantur in ipſis tres figuræ. nam non eſt in eis prius naturaliter ſeu antecedens, neque aliud ſequens, & quælibet harum duarum ſpecierum, uel contradictoria ſeu diuiſa in contradictoria eſt maior & continua minor uel ecõtrario, & ſimiliter etiam componuntur categoricæ apud ipſum ſecũdum has compoſitiones, ſeu in his compoſitionibus qualibet conditionalium, & iſtæ etiam ſũt duarum ſpecierum. ſcilicet uel categorica ſit maior & conditionalis minor, uel econtrario, multi-

plicantur igitur iſtæ quæ ſunt in categoricis per has ſex, & erunt duplicatæ ſex uices ſcilicet illud quod concluditur ex eis & qđ non concludit. & ipſe uniuerſaliter inueſtigat adducere in propoſitionibus conditionalibus ſecundum eſſe differentias quæ inueniuntur in propoſitióibus categoricis de æqualitate & ſimplicitate & priuatione & oppoſitione & conſecutione in ueritate & falſitate & conuerſione & reliquis quarum proprietates enumeratæ ſunt í libro propoſitionũ ſcilicet perihermenias. & cócedit cum hac ſua poſitióe ꝙ hæc ſpecies figurarum eſt alia a ſpecie categorica & proprietates ſecundum quas ſunt concludentes in ipſo, & non concludentes ſunt proprietates concludentium, & non concludentium in categoricis & poſtquá poſita ſit ordinare ſua opinio uniuerſaliter in his ſyllogiſmis quos uocat compoſitiuos conditionales debemus nos conſiderare de hoc & ponere conſiderationes noſtras in hoc primo de cópoſitiuo ſecundum quod uocat ipſum primam figuram in hac ſpecie ſyllogiſmorum. nam quum fuerit in ipſo hæc diſpoſitio declarata magis debet eſſe clara diſpoſitio in hoc de compoſitiuis quos uocat in hac ſpecie ſecundam figuram & tertiam, uel in maiori parte huius. Sed dicamus quod ſi ſint duæ propoſitiones conditionales quæ componuntur in prima figura continue de ipſo, in hoc non poteſt eſſe niſi ſecundum quinque diſpoſitiones, uel quod ſint ex propoſitionibus conditionalibus non ſimplices, & ſunt illæ quæ reſoluuntur in duas propoſitiones & tres terminos uel ſunt ex conditionalibus ſimplicibus, & hoc non poteſt eſſe, niſi aliquo quatuor modorum. unus eorum ut ſint notæ in continuatione & notæ in eſſe, uel ut ſint notæ continnationis ignotæ in eſſe, uel ignotæ cótinuationis notæ in eſſe, uel ignotæ ſecũdum duas has intentiones ſimul. Item de neceſſitate uel in eis quæritur quæſitum categoricum uel conditionale. uel ſi ſint ex propoſitionibus non ſimplicibus ut dicendo ſi hoc quod apparet eſt homo, eſt animal, & ſi ipſũ eſt aíal ipſum eſt ſentiens, ſeu ſenſitiuum. Sermo. n. qui

componitur ex ſimilibus hatum duarum propoſitionum ,uir-
tus eius eſt uirtus duorum ſyllogiſmorum categoricoꝝ, ex quo
iam declaratum eſt, ꝙ quælibet talium conditionaliũ eſt ſyllo-
giſmus categoricus, in quo ponitur expreſſe minor propoſitio
& concluſio & inuitur in ipſo maior , nam concluſio eſt quod
hoc quod uidetur eſt ſenſitiuũ & quæſitum in hoc loco eſt ca-
tegoricum, q̄uis ſit dictũ ſeu poſitũ ſecũdum diſpoſitionẽ con
ditionalis, & hoc eſt cõe omnibus his compoſitionibus quæ ſi
unt ex talibus propoſitõibus, & igitur hæc compoſitio eſt ſyllo
giſmus compoſitus ex categoricis, nõ debet ergo poni alia ſpe
cies a ſpecie categoricaꝝ. Sed ſi ſint duæ propoſitiones ex q-
bus componitur ſyllogiſmus ex conditionali ſimplici & quæſi
tum fuerit categoricũ, tunc ſi ipſæ ſint notæ continuatõis igno
tæ in eſſe, uel econuerſo, tũc ſermo compoſitus ex eis eſt ex ſyl
logiſmo duarum conditionalium, & iam componitur condi-
tionalis ſicut eſt diſpoſitõ in ſyllogiſmo categorico. exemplum
huius ſi ſol aſcendit dies eſt, & ſi dies eſt , ſtellæ non apparent.
nam iſte poſitum eſt in ipſo, ꝙ ſol aſcendit, & concludit quod
dies eſt. Item ponitur quod eſt dies, & concluditur quod ſtel-
læ non apparent. Item componitur categoricus ſic ſi ſol aſcen-
dit eſt dies. Sed dies eſt, ſtellæ non apparent. Et cum hæc com-
poſitio ſit compoſita ex ſyllogiſmo compoſito conditionali.
& categorico, quomodo ergo poteſt dicere de ipſo quod eſt
ſpecies alia a ſpecie conditionali, & ſimiliter ſi cõtinua , ſit igno
ta, & eſſe notum, quæ eſt alia ſpecies, quia iam declaratum eſt ex
ſermone noſtro quod iſti ambo ſunt ſpecies ſyllogiſmi condi-
tionalis, & ſimiliter ſi ſint ignotæ hæ duæ diſpoſitiones ſimul.
nam iam aliquando eſt ex ſyllogiſmis conditionalibus id quod
eſt huiuſmodi, ſed ſi fuerint duæ propoſitiones conditionales
notæ eſſe, & notæ continuationis, tunc illæ duæ propoſitiones
ſunt categoricæ, in quibus uariatur oratio. a. categorica & condi
tionali, & illud eſt quæſitum conditionale, ut quando dicimus
quum fuerint duo latera trianguli æqualia duobus lateribus alte

rius trianguli,& angulus quē continēt duo latera ſeu circūdare unius illoꝝ duorum eſt æqualis angulo quē circundāt. duo latera alterius trianguli. tunc iſti duo trianguli ſunt æquales, demonſtratio eius. nam quum fuerint duo trianguli ſecundum hanc dſpoſitionem ipſi ſunt coniuncti, ſeu cōtinui æquales,& cum fuerint duo trianguli huiuſmodi ipſi ſunt æquales. nam non eſt differentia inter hanc orationem,& inter dicere omnes duo trianguli huiuſmodi ſunt continui,& oēs cōtinui ſunt æquales. ergo oēs duo trianguli huiuſmodi ſunt æquales. & cū hoc fuerit ipſemet eſt ſyllogiſmus categoricus ſine additione, uel diminutiōe, niſi in declinatione orationis, qūo ergo pōt dicere ꝙ hæc ſpecies ſit alia a ſpecie categorici. hoc. n. ſequitur de neceſſitate in quæſitis, quæ quærūtur prima. nō per alia ab eis. & ipſæ ſunt quæſita categorica, nam quodlibet quæſitum illud, quod intenditur de ipſo eſt quō categorica, nā ſyllogiſmus conditionalis,& categoricus concludunt q̄ſita categorica, & cū hoc ſit ita quæſita, quæ ſunt ſecundum primam intentionem, ſunt categorica. ſed quæſita conditionalia iam poſſunt quæri propter categorica, ut accidit duobus terminis ꝙ ſit unus eorum ignotæ continuationis in ſecūdo,& ponitur unus eorum antecedens & alter conſequens,& concludit ex hoc concluſio categorica, hæc continuatio ſeu conſecutio poſſibile eſt declarari eē eius ꝑ ſyllogiſmū categoricum. Et erit oratio in propoſitionibus eius oratio categorica uere prædicatio eius eſt manifeſta quum fuerint duo conditionales notæ continuationis. notæ eſſe, ut qū quærimus hanc ſi inuenitur. a. inuenitur. c. & dicamus ꝙ ſi. a. inuenitur. b. inuenitur,& cum. b. eſt. c. eſt concludit quod quum inuenitur. a. inuenitur. c. & uidetur poſſe dici ꝙ tales propoſitiones non eſt uirtus earum uirtus propoſitionum categoricarum nēq; ſunt categoricæ, niſi quod ipſæ ſunt in oratione conditionales. Et ſimiliter quæſitum quod ſequitur ex eis. nam hoc uerificabitur quando continuatio in eis,& eſſe ſunt nota uel ꝑ ſe uel per ſyllogiſmum. ideſt quod poſſibile eſt proferre oratio-

nes de eis per has duas orationes, Sed quum eſſe fuerit ignotũ & continuatio, nota quomodo eſt poſſibile ĩdicare de uno eorum ſuper ſecundum. Secundum modum prædicatiõis ſeu categoricæ. nam indicatur per unam rem ſuper aliam poſtquã fuerit cognitum ineſſe abſolute duorum, ut quum dicimus. ſi chimæra ſit ipſa ẽ animal compoſitũ ex duobus animalibus. nam impoſſibile eſt quomodo poſuerimus hãc continuationem in his duobus terminis notam, & eſſe eorum ignotum dicere oĩs chimæra ẽ animal cõpoſitũ ex duobus animalibus, ſicut hoc uerificatur nobis cum fuerit duæ diſpoſitiões notæ. ſ. continuatio & eſſe duorum terminorum, ut dicendo ſi homo ſit, animal eſt. nam uirtus hæc eſt uirtus illius quod' dicimus omnis homo eſt animal. poteſt aliquis dicere ĩ talibus propoſitionibus, & cõcluſionibus quod ipſæ non ſunt in uirtute categoricæ, & quum ſunt concluſiones ſyllogiſmorum categoricorum, & conditionaliũ categoricæ ipſi ſyllogiſmi non ſunt categorici neq; conditionales, & etiam quum non fuerint in actu neq; in potentia categorici, & ſyllogiſmus categoricus declarat propoſitiones categoricas in potentia uel in actu neceſſario, igitur eſt, ut ſit ſyllogiſmus compoſitus ex his alius a ſyllogiſmo categorico. Et ſimiliter oportet quod ſit alius a conditionali. nã concluſiones conditionalis ſunt categoricæ. ſed uidetur ſicut diximus quod non ſint talia quæſita primaria intentione. Sed ille qui cõcedit, quod quælibet propoſitio cõditionalis poſſibile eſt reduci ſeu fieri categorica, non poterit dicere ꝙ hic eſt ſyllogiſmus, qui cõponitur ex propoſitionibus cõditionalibus, alius a ſyllogiſmo categorico in ſpecie. nam non eſt illic diuerſitas, neq; in materia neq; in forma, ſed in forma neq; in potentia, neq; in actu, ſed in materia, erit in actu, non in potentia. Et mirum eſt de Auicenna quod ipſe ponit has duas intentiones ſcilicet ꝙ ipſe concedit quod omnis propoſitio conditionalis poſſibile eſt reduci, ſeu fieri categorica. Et ſimiliter quodlibet quæſitum conditionale poſſibile eſt reduci ad categoricum. Item ponit, ut ſyllogiſmi q

componuntur ex conditionalibus, ſunt alii a ſyllogiſmis qui ſūt categorici, Et quum conſiderabitur diſpoſitio harum propoſitionum uidetur quod impoſſibile ē reduci ad prædictas, ſeu ad categoricas. Niſi quum exiſtimatur ſeu quum cognoſcitur eſſe ī eis, ut cum dicimus chimæra quum imaginatur eſſe, ipſa ē animal compoſitū ex duobus aīalibus, & cū hoc ſit ita uel oportet, uerificare ſermonē dicētem quod quælibet propoſitio conditionalis habet duas orationes, ſeu duos modos, conditionalem & categoricum, & non ſequitur, ut ſint hi ſyllogiſmi, alii a categoricis. nam res quæ conueniunt in ſuis materiis & formis, ſunt idem, ſed ſi hoc non ponatur poſſumus ne dicere quod nō ſit hic alius ſyllogiſmus a ſyllogiſmis categoricis in eorum figura locum habet dubitationis, nam diſpoſitio ſit in ſyllogiſmo, ſicut eſt diſpoſitio in entibus naturalibus, tunc non poſſumus dicere hoc. Nam ſpecies naturales differunt per ſuas formas, & per ſuas materias, Et iſti ſyllogiſmi differunt in materiis. nō in formis Et ideo ſyllogiſmi conditionales conſequuntur categoricos & proprietates eorum in concludendo, & non cōcludendo ſūt proprietates iſtorum, ſi diſpoſitio in eis ſit ſecundum ꝙ eſt diſpoſitio in rebus artificialibus ſcilicet ꝙ ipſi differunt in materiis, & conueniunt in formis. Et differētia eoꝝ ſūt a materiis poſſibile erit dicere ꝙ compoſitiones conditionales ſunt aliæ a categoricis, ſed ſi conſideratio in libro priorum eſt in forma ſcilicet in forma ſyllogiſmi ſequitur, ut nō tractamus hic de hac ſpecie ſyllogiſmorum, & maxime ſi differentia eorum, quæ ſunt a materiis non conſiderantur in operatione ſyllogiſmi ī eo quod eſt ſyllogiſmus ſcilicet in concludendo, & in non concludendo, & differentiæ ſecundum quas oportet diuidere in arte logicæ in libro priorum, quæ ſunt differentiæ electæ in operatione ſyllogiſmi, quæ eſt concludere, non differētiæ nō electæ ī hoc & ſi ſint ſyllogiſmi compoſitiui diuiſi per propoſitiones conditionales, & categoricas, & hæc diuerſitas non eligitur, ſeu nō cōſideratur ī cōcludēdo nō oportet tractare ſeu occupare hic

in hac diuiſione ſyllogiſmi & prolongare in ipſo ut fecit Aui-
cēna, & hoc totum poſtquā fuerit admiſſū, ꝙ hic ſūt ſpecies pro
poſitionū cōditionaliū, quæ īpoſſibile eſt reduci ſeu fieri cate-
goricæ, & etiā ſi fuerit hoc totū admiſſum tales propōnes, quia
ualde raro iueniūtur & raro fiunt in ſciētiis, fuerūt diuiſæ. ſ. quū
nō cōſideratur de eis. i. propōnis ignotæ in eē notæ in cōtinua-
tione, nam ordines & regulæ datæ in hac arte ſūt ut plurimū en
tibus & oībus declaratum eſt, igitur ex hoc ſermone, ꝙ illud, qđ
fecit Ariſtotēles declinauit ex hac ſpecie ſyllogiſmi, & ponere
ipſum ſecūdum ſpeciē ſyllogiſmi categorici eſt de operatiōe il-
lius. qui ſciuit hoc quod diximus, nō de operatōe illius qui leui
ter in hoc cōſiderat. Et primo aſpectu apparet, ſed Ariſtotēles
multotiēs fecit in libris eius propoſitiōes categoricas in artibus
& cōditionales, & hoc notū eſt illi, qui cōſiderauit uerba eius,
ſed tacuit ex hac ſpecie, nam uirtus operatiōis nō eſt alia. & Aui
cēna iam dixit ipſū confuſio in hoc loco, quod ipſe adducit hic
ſyllogiſmos extra naturam quos nō fecit cogitatio humana na-
turaliter, ſicut fecit categoricos, & ita enumerat iſte homo ī ſpe-
ciebus conditionalium continuarum propoſitiōes extra natu-
ram quas uocat accidentales ſeu caſuales, ut quando dicimus,
quum homo ſit, equus eſt, & dicit, quod iſte ſunt ueræ acciden
taliter ſeu caſualiter. & mirum eſt de iſto homine implere librū
eius de talibus propoſitiōibus & concedere, ꝙ ueritas in eis eſt
a caſu, & ipſe audiuit in quolibet loco, quod illud quod eſt a ca
ſu eſt finitum, & ideo nulla ars cōſiderat de eo. & ſimiliter ut pu
to enumerat in propoſitionibus contradictoriis ſeu diuiſiuis,
tales propoſitiōes, ut uel eſt homo uel uacuum. declaratum eſt
igitur ex hoc ſermone quod quilibet ſyllogiſmus & quilibet ſer
mo ſyllogiſticus eſt, uel conditionalis, uel categoricus, uel com
poſitus ex duobus iſtis, & iſte qui uocatur ducens ad impoſſibi
le, ur dixit Ariſtotēles in analytica prima, & hoc eſt quod inten
debamus declarare.

Themiſtius cōtradicit ſapiēti in ſyllogiſmis poſſibilibus totaliter in duobus locis, unū eorum in hoc ꝙ ipſe credidit ꝙ cōcludētes ex eis in prima figura ſit duplum cōcludentiū in abſolutis & i neceſſariiſ, propterea quia negatiuæ eoꝝ cōuertūtur ad affirmatiuos & uocat iſtos nō pfectos. Ex quo nō cōcludūt niſi quādo cōuertūtur, Et ſecūdus locus eſt in hoc ꝙ credidit, ꝙ hæc materia nō cōcludit in ſecūda figura, ſed cum primū locū cōtradicit ei, nam poſſibile ut plurimū eſt illud qđ fit in ſciētiis nō poſſibile æqualiter, neq; illud ꝙ in paucioribus, & ipſe dicit quod negatiuæ quū fuerint ut in pluribus & ſūt illæ ex qbus habetur utilitas in ſciētiis nō cōuertētur niſi ad illas quæ ſūt in paucioribus, & nō fit ex eis ſyllogiſmus, & ergo nō recipitur utilitas in hac cōuerſiōe, ſed negatiuæ poſſibiles in paucioribꝰ nō fiūt ſicut nō fiūt affirmatiuæ in paucioribus, & quum nō fiunt non inueniūtur in artibus negatiuæ, quæ trāſferūtur ad affirmatiuas, ut in pluribus. & arguit contra Ariſtotelē ex hoc ꝙ ipſemet iam declarauit in iſto loco, ꝙ illæ, quæ ſūt in paucioribus, nō fiunt i ſciētiis, & admiratur de ipſo, quō occultū fuit ei hoc in hac ſua poſitiōe, hoc ꝙ ipſe fuit propinquus ei, qđ eſt in fine perſpicuitatis, dixit & neceſſariū eſt, remouere quatuor iſtos additos, qui ſunt imperfecti, ex quo nō oportet numerare ſyllogiſmos, ex qbus nō habetur utilitas. & iam reſpōdet Alfar. huic, ꝙ propōnes poſſibiles æqualiter iam utitur eis Ariſtoteles in rhetorica, & ꝙ non remotū in topicis quærere de propoſitiōibus negatiuis ut in paucioribus, & quum admittit eas aduerſarius procedit ex his ad eas, quæ ſūt ut plurimum ad quas conuertūtur. Nos autē dicamus, quod poſſibiles æqualiter & in paucioribus ſunt proprie in libro elēchorum, ex quo hæc ſunt de ſpecie illius, quod eſt per accidens. ſed rhetorica ſi utitur poſſibilibus æqualiter, eſt per accidens ex quo ipſa rō conſiderat de propoſitionibus ſecundum quod ipſæ ſunt poſſibiles in eſſe, ſed cōſiderat de eis ſecundū ꝙ poſſibiles ſunt in cogitatione, & hanc intentionem

iam declarauit ipſam Alfarabius in expoſitiōe libri priorum, & non eſt remotum ut ſint artes non demōſtratiuæ, propter ſophiſticam utentes eis, ut ars diuinationis, & aliæ ſimiles quibus antiqui utebantur. & ſicut poſſibile uti pluribus quoddam eſt ꝑ ſe notum, & quoddam ē notum per ſyllogiſmum ex propoſitōibus quæ ſūt ut in pluribus ſimiliter poſſibile ut in paucioribus quoddā eſt quod eſt poſſibile eē notum ꝑ ſe. & quoddam ē q̄d poſſibile eſt eſſe notū propter notum per ſe, & iſte ſyllogiſmus nō eſt de neceſſitate niſi ex propoſitionibus quæ ſunt ī paucioribus, & hæc cōſideratio de poſſibili, ut in paucioribus eſt propria in ſciētia diuina, hæc igitur difficultas faciliter ſoluitur & nō eſt loquendū de ea. Sed ſecūda difficultas habet aliqualem difficultatem, & Alpharabius nō reſpōdet in ipſa ſecūdum quod uidimus ex ipſo. Nā Ariſtoteles arguit quod nō fit ſyllogiſmus ex duabus poſſibilibus in figura ſecūda propter tria. unum eoꝝ eſt quia negatiua poſſibilis quæ eſt in ſecūda figura uirtus eius eſt uirtus affirmatiuæ & non concluditur ī hac figura ex duabus affirmatiuis ſicut nō cōcluditur in abſolutis in neceſſariis, & ſecūda ratio eſt quod cōcludere illius quod cōcludit in hac figura declaratur propter unum ſecūdorum aut per conuerſionem, uel per ſyllogiſmum ducētem ad impoſſibile, & ſecundo hæc non declarantur in ea, manifeſtum enim eſt quod negatiua nō conuertitur quia uerificatur cum ipſa affirmatiua poſſibilis, & non conuertitur negatiua uniuerſalis conuerſione affirmatiuæ uniuerſalis quæ uerificatur cum ipſa, & hæc diſpoſitio etiam manifeſta eſt ex materiis & non uerum eſt quod omnis homo poſſibile ut non ſit album, & non eſt uerum quod omne albū poſſibile eſt ut non ſit homo, ex quo quoddam album & ſunt multæ res non eſt homo de neceſſitate, & quum nō conuertitur negatiua poſſibilis. impoſſibile ē declarari concluſio huius figuræ ſeu quod iſta figura concludit per conuerſionem. & ſimiliter apparet quod eſt impoſſibile declarare quod ipſa concludit ꝑ

ſyllogiſmum ducentem ad impoſſibile, nam non ſequitur ex hoc falſum. Sed tertia ratio eſt accepta a materiis, nam hic inuenitur in quibuſdam materiis quod ipſæ cōcludunt negatiuam neceſſariam. & hoc quia poſſibile eſt quod non ſit homo albus & omnis equus poſſibile eſt ut ſit albus ſequitur negatiua neceſſaria & eſt quod nullus equus eſt homo, & quia affirmatiuæ poſſibiles in hac figura iam ſequuntur ex eis affirmatiuæ neceſſariæ, ut dicendo omnis homo poſſibile eſt habere quinque digitos, & omnis æthiops poſſibile eſt habere quīque digitos hæc concluſio eſt, quod omnis æthiops ē homo & eſt neceſſaria affirmatiua ſyllogiſmus qui fuit in hac figura ex duabus propoſitionibus una earum negatiua, & alia poſſibilis affirmatiua ut dicit ſapiens, non debet aliquis dicere. quod ipſa cōcludit poſſibilem nec negatiuam, neque affirmatiuam, Negatiuam propterea, qa ipſe concludit per conuerſionem cōcluſionem affirmatiuam neceſſariam, affirmatiua autem poſſibilem, propterea quia ipſe in. a. concluſit negatiuam neceſſariam, hæc eſt ſumma illius, qđ intēdit ſapiens in hoc quod non concludit ſecunda figura in hac materia. Et Themiſtius contradicit huic toto in hoc quod iſtæ rationes omnes ſunt ueræ in negatiuis poſſibiles æqualiter non in negatiuis poſſibiles ut plurimam, nam ipſæ conuertũtur neque inuenitur iu hac materia id quod concludit negatiuam neceſſariam, neque id quod conuertitur ad id quod concludit affirmatiuam neceſſariam, & declarauit quod declaratiōes quas fecit Ariſtoteles in hoc ſunt particulares & ipſe putauit ipſas eē uniuerſales, & res non eſt ut dicit, ſed quum ꝯſideraueris in hac re uidebis quod hæc declaratio eſt uniuerſalis, nam quum poſuerimus negatiuam quæ eſt ut in pluribus conuerti affirmatiuam in paucioribus, & poſuerimus quod affirmatiua in paucioribus uniuerſalis non conuertitur uniuerſalis, ſiue ipſa utitur ars, ſiue non, manifeſtum eſt, quod negatiua uniuerſalis non conuertitur ſemper, ex quo non conuertitur poſſibilis in pau-

cioribus quæ conſequitur ipſam ſemper. nam uerum eſt dicere omne faciens foueã in paucioribus habet plures annos, & non eſt uerum omne habens plures annos, eſt in paucioribus faciẽs foueã. nã multa habentia plures annos, faciunt de neceſſitate foueã. Hanc igitur declarationem quã fecit eſt uniuerſalis & non ꝑticularis, ut putauit Themiſtius, & ſimiliter apparet de negatiua, ut in pluribus in priuationibus non conuertitur, ut dicendo omnis hõ poſſibile eſt nõ habere q̃ttuor digitos, & non eſt uerum oẽ quod habet q̃ttuor digitos poſſibile ẽ ꝙ nõ ſit hõ nam multa habentia quatuor digitos non ſunt, hoc de neceſſitate, ut aues, & cum non conuertitur negatiua poſſibilis ſuper ſyllogiſmo in quo ingreditur, non concludit ſemper. Et iam dictum eſt in definitione ſyllogiſmi quod eſt ſermo in quo poſſibile fuerunt res plures. una & ſequitur. ex ipſo aliud ſemper, Et ſi ſecunda figura nõ concludit ſemper, q̃a negatiua in ipſa non conuertitur, ſemper igitur non eſt ſyllogiſmus. Et ſimilirer in uenimus in hac materia ꝙ ipſæ concludunt negatiuã neceſſariam, ut dicendo oĩs alo poſſibile eſt ſequi pluuia, & quælibet cõmeta poſſibilis eſt ſequi ipſam, iſtæ ſunt duæ propoſitiones poſſibiles, ut in pluribus, & conuerſio eſt neceſſaria, & eſt ꝙ alo nõ eſt cometa. Et ſimiliter inuenimus in hac materia. & in hac figura ꝙ concludit cõcluſionẽ affirmatiuam neceſſariã, ut dicendo oĩs homo in eo, ꝙ hõ poſſibile eſt non habere ſubtilia ſupcilia, & omnis certo mõ diſpoſitus poſſibile eſt hẽre ſubtilia ſupcilia. iſtæ duæ propoſitiones poſſibiles ſunt, ut plurimũ, & cõuerſio eſt ꝙ omnis certo modo diſpoſitus eſt homo de neceſſitate, uidetur igitur ex hac ſpecie id quod dixit ſapiens & eſt ꝙ ipſe aliunde concludit negatiuã neceſſariã. & aliquãdo affirmatiuã neceſſariam, & in loco negatiuæ neceſſariæ non dicimus ꝙ ipſe cõcludit negatiuã poſſibilem, & loco affirmatiuæ neceſſariæ non dicimus ꝙ ipſe concludit affirmatiuã poſſibilẽ. Et in loco affirmatiuæ, neceſſarium non dicimus ꝙ ipſe concludit negatiuam

ex quo quælibet harum opponitur cõpari eius. Sed errauit iſte homo, quia ipſe inuenit in quibuſdã materiis negatiuam, ut in pluribus conuerti, & putauit ꝙ ipſa conuertitur in qualibet materia, ut dicẽdo qlibet hõ poſſibile eſt non hẽre ſex digitos, & qlibet habens ſex digitos poſſibile eſt nõ eſſe hõ. quidã habẽs ſex digitos, & nos dicamus contra ipſum id quod ipſe dixit contra ſapientẽ quõ ignorauit ſuã poſitionẽ cũ hoc, quod ipſe fuit ĩ fine pſpicuitatis, quõ. ii. ipſe ignorauit hoc ex exẽplis eius, & hoc eſt ꝙ ipſe dicit in reſpõſiõe contra ſapientẽ. & ſi ipſe conſideraſſet etiã parũ. uiſum fuiſſet ei ꝙ ſunt in hac materia in quibus conuerſio nõ ĩuenitur, ut eſſe pluuiæ in tpe aſcẽſiõis canis. nam uerum eſt dicere ꝙ quælibet hora ex horis aſcenſionis canis poſſibile eſt non eſſe pluuia, & non conuertitur. nã multũ de pluuia de neceſſitate nõ inuenitur in hora aſcenſionis caniſ. iam igitur declaratũ eſt ex hoc ſermone ueritas illius ad quod inclinauit ſapiens in hac re, & deſtructio illius ad quod inclinatus fuit alius præter ipſum ſicut eſt conſuetudo eius cum eis, qui ſibi cõtradicunt, & hoc eſt ꝙ declarari ĩtẽdebamus, & tam in hoc totum eſt ꝙ negatiuæ in hac materia ſunt ueræ affirmatiuæ, quãuis igrediuntur in eis dictiones negatiõis, & cũ negatio uera prohibet concludi non prohibet hoc in hac materia ex quo non eſt negatio uera. Sed eſt quædam affirmatio, & cum neceſſitat negatio uera conuerſionem ſeu eſt illa per quam concluditur. tunc prohibet concluſionẽ, ſeu concludi ab hoc in hac materia ex quo negatio in ipſa eſt non uera, & idẽ nõ debet aliqs dicere ꝙ nõ oportet prohibere affirmatio, quæ eſt in potentia negatiõe concludi in ſecunda figura. magis quã prohibet negatio, quæ ẽ in uirtute ſeu in potentia affirmatiuæ concludi in prima figura, & tertia. nam hoc eſſet neceſſarium, ſi negatiuæ erunt negatiuæ ueræ, ſed negatiuæ in ipſis ſũt affirmatiuæ diminutæ, & ipſe operantur in concludendo operatõem affirmatiuarum perfectarũ ex quo ſunt de genere affirmatiuarũ, quæ habent id quod ẽ proprium affirmatiuũ quãuis ingreditur in eis dictio negatiua, & iõ

nos non debemus dicere ꝙ ipſe ſunt negatiuæ diminutæ ſicut debemus dicere quod ſunt affirmatiuæ diminutæ. nam negatiuæ ſunt, & remotio ſpecieꝝ affirmatiuaꝝ perfectarum, & diminutarum. Diminutio aũt ſiue negatio non diuiditur ad perfectum & diminutũ, ſicut diuiditur affirmatio ad perfectam & diminutam, & ideo fuerunt negatiuæ in numero infinitarũ & priuatarum affirmatiuaꝝ. & nõ enumerantur in negatiuis, & ſi negatiuæ in materia poſſibili indicium earum eſſet indiciũ negatiuarum ueraꝝ eſſet una compoſitio met cõcludens, & non concludens. Concludens autem, quia habet uirtutẽ affirmationis. Non concludens propterea, quia habet uirtutem negationis, quod eſt contrarium illi quod dixit ſapiens.

Has nobiliſſimas quæſtiones diuini Auerrois in librum priorum ego Helias cretenſis hebræus de hebraico in latinũ tranſtuli domino Ioanni pico mirandulano digniſſimo comiti, & q̃quis tale opus ſit niſi moleſtum, ut alias dixi, tam qa hæ quæſtiones inter oẽs alias huius generis nobiliſſimæ ſunt & difficillimæ, & a paucis forte intelligendæ, nobiliſſimæ aũt diſpoſitiones nobiliſſimo debentur ſubiecto, ideo has ei dedi. uere. n. non fingo ut poeta, uelut mos forte maioris partis hoium ẽ, ſed hic quod dico ſentio. ipſum. n. iudico nobilem plurimũ, tali ergo ſũt ſtudia tradenda, ſi aliquid tamẽ non oino rectũ apparet, non mihi attribuẽdũ ẽ, ſed libro a quo traduxi, uere. n. liber ille ita fuit corruptus, ut ſentẽtiã difficillime colligere potueri. Credo tamẽ ꝙ ſi ſit aliqs error. ita puus ẽ, ut facile corrigibilis ſit, & maxie ab eo qui bene conſiderauit librum priorum ſecundum expoſitionẽ cõmentatoris. quãuis. n. in multis harum quæſtionum oppoſitũ quod illic dixit aſſerat, ut expreſſe apparet, & ipſemet dicit, & hic cauſam aſſignauit, in quæſtione ultima. de miſtione tamen id adiuuat. FINIS,

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA

Inc 1269

a
Epiphyllides
Aldus
b
Incipit
tatiouis ſpẽm.
giſmum.
conſtet.
c
Caput. vi.quæ.
ex terminis.
ro ad alias.
litas.
d
cundæ.
dicari.
et rurſus.
ſit ſyllogiſmus.
e
Ma figura &.
forte.
ma figura ue
bet & non
f
Eſt a
cipiatur
etconcluſio
la cópoſitione
g
Dens &
nectitur
poſitiuis
ſoluitur

cludi
a
De cóuerſione
tractatus
in actu
quam neceſſaria
.b.
ſtotéles
oppoſita
ut ſic
hó currat:
c
In ſuperiori,
nam ſi in
ticulari
uniuerſalem
d
Nullum.b.'
ad finem
ex quibus
rum ſed eſt
e
eſt mortuus
mus ſubiectum
dum ipſos
& eſt falſa
f
propterea
forte ꝙ
nem de
quando
g
tingere

alter ter
citur ſemper
tingentis nihil
h
cebatur ꝙ
ſum nec
to uel negato
ſione uniuerſalis
i
b.imo
tingit nullum
tet igitur
grammaticum
A
Quæſtio
diſpoſitio
neceſſarium
quintus ꝙ
B
in paucioribns
.a.eſt.d.
eſt ex duabus
ſat iam ut
C
uerſalem
quod ipſa
ſitum primum
goricis non
D
concluſionis
plicantur
rius trianguli
componuntur